UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aristophanis Comoediae Undecim

Graece Et Latine, Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt Deperditarum Comoediarum Fragmenta, A Theod. Cantero Et Gul. Coddaeo Collecta, ...

Aristophanes

Lugduni Batavorum, MDCCLX

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1094

Visual Library

Johs. Fassbender
Buchhandlung und Buchdruckerei
Elberfeld.

D 1
783

A. CIↃ IↃ CCCXVI.

INGENUO MAGNAEQUE SPEI

ADOLESCENTI,

JANO VAN PERSYN.

Ob ſingularem in Graecis literis induſtriam,

In Claſſe TERTIA,

Praemium hoc literarium lubentes dederunt ex decreto

Amplisſimi Scholarchae

AMSTELAEDAMENSES.

QUOD TESTOR. Herm. Boſſcha

Gymnaſii publici Amſtelaedamenſis Rector.

Examine verno XXII. Mart.

ARISTOPHANIS

COMOEDIAE UNDECIM,

GRAECE ET LATINE,

CUM NOTIS

STEPHANI BERGLERI.

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE UNDECIM,
GRAECE ET LATINE,

Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis

STEPHANI BERGLERI

nec non

CAROLI ANDREAE DUKERI

ad quatuor priores.

Accedunt

DEPERDITARUM COMOEDIARUM
FRAGMENTA,

A THEOD. CANTERO ET GUL. CODDAEO COLLECTA,
earumque Indices a JOH. MEURSIO & JOH. ALB. FABRICIO digesti.

CURANTE

PETRO BURMANNO SECUNDO,

qui Praefationem praefixit.

TOM. I.

MUSEUM IN EUROPA

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS,
Academiae Typographos. MDCCLX.

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE SUPERSTITES,
GRAECE ET LATINE,
ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova ad Comoedias
Graecas Interpretatione Latina, & Notis ad Graecum Textum
STEPHANI BERGLERI
nec non
CAROLI ANDREAE DUKERI
ad praelum Parisiis.
Editionem
DEFERRO-ITARUM COMOEDIARUM
FRAGMENTA,
A THEOD. CANTERO ET GUIL. CODDAEO collecta,
cum Indice Locupletissimo GUILELMI ALEXANDRI absolvit.
TOMUS I.
PETRO BURMANNO SECUNDO,
qui Praefationem praefixit.



Apud SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS,
Academiae Typographos. MDCCLX.

VIRO.

CELEBERRIMO. ERUDITISSIMOQUE.

PETRO. WESSELINGIO.

ACADEMIAE. TRAJECTINAE.
AD. RHENUM.

ORNAMENTO. INSIGNI.

GRAECARUM. LITERARUM.
VINDICI. EGREGIO.

HUJUSQUE. ADEO. NOVAE.

ARISTOPHANIS. EDITIONIS.

EXACTORI. ET. ARBITRO.
PERITISSIMO.

ET.

ET.

VIRO.

NOBILISSIMO. CLARISSIMO.

GULIELMO. ROËLLIO.

M. D.

ANATOMES. IN. INLUSTRI. AMSTELAEDAMENSIUM.
ATHENAEO. PROFESSORI. HONORARIO.

SOCIETATIS. INDICAE. OCCIDENTALIS.
MODERATORI.

ETC. ETC.

PRO. COLLATIS. IN. COMICORUM. GRAECORUM.
PRINCIPEM. CURIS. DUKERIANIS.

IN. VENERATIONIS. GRATI. ANIMI.
ET. AMICITIAE. MONUMENTUM.

DEDICAT.
PETRUS. BURMANNUS.
SECUNDUS.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

PETRUS BURMANNUS SECUNDUS.

nter insignes eruditione & ingenio Viros, qui Aristophanem, scenae Atticae principem, emendandum aut inlustrandum susceperunt, neminem hactenus repertum fuisse, qui singulas & omnes ex antiquitatis naufragio nobis superstites ejus Comoedias perpetuis animadversionibus suis aut notis exposuerunt, mirari certe licet. Quae enim Caroli Girardi in Plutum, & Sept. Florentis Christiani in Vespas, Pacem, & Lysistratam, in Genevensi Aemilii Porti editione habentur, quaeque iis in novissima & splendida Lud. Kusteri ἐκδόσει accesserunt Is. Casauboni ad Equites, Tanaquilli Fabri ad Ecclesiazusas, tum Ez. Spanhemii ad tres priores, & Rich. Bentleji ad Plutum & Ranas notae, non exiguam quidem Comico nostro inlustrando contulerunt lucem, quibus & ipse Kusterus suas etiam inseruit observationes, auctore doctissimo perquam dignas, non tamen in omnes poëtae fabulas; nam & Vespas & Pacem intactas reliquit. Idem de Interpretibus quoque dicendum est; nam sive Nicodemi Frischlini aut Florentis Christiani metricas, vel Tanaquilli Fabri aliorumque prosaicas versiones spectemus, illae propter obscuritatem parum probatae fuerunt, hae tantum tres nobis Comoedias Latino idiomate redditas exhibuerunt: solius quidem Andreae Divi Justinopolitani prosaicam singularum undecim Comoediarum interpretationem Veneti olim dederant, sed quam partim barbaram & nugacem, partim vitiis innumerabilibus ubique scatentem, merito ut indignam rejicerunt viri eruditi, cujus in ulla deinceps editione aliqua haberetur ratio.

 Quum

Quum igitur felici fortuna e latibulis ſuis excitatus in manus meas perveniſſet ineditus hic viri eruditiſſimi & Graecarum literarum peritiſſimi Stephani Bergleri, Tranſſilvani Coronenſis, in omnes Ariſtophanis Comoedias Commentarius, tum concinna ejus & ceteris elegantior octo fabularum verſio Latina, qua Plutum, Nubes, Ranas, Equites, Acharnenſes, Veſpas, Pacem, & Lyſiſtratam optime interpretatus eſt, reliquas enim tres, Eccleſiazuſas a Tanaquillo Fabro, Aves a Celeb. Tib. Hemſterhuſio, in hac editione ad incudem revocatas, & Thesmophoriazuſas a Ludolpho Kuſtero ita verſas exiſtimavit, ut Fabri tolerabilem, ceteras vero optimas aut novae interpretationis non indigas cenſuerit; nolui ego theſaurum hunc inventum ac meo aere mihi conparatum intra privatos parietes premere, & propriis ſcriniorum pluteis condere, ſed publicis Muſarum Graecarum commodis largiri, novamque Comici venuſtiſſimi editionem quanta potui diligentia adcurate caſtigatam poſt Kuſterianam in lucem emittere, cujus veſtigia quidem ſequi, ſed plurima contextui aliter a Berglero emendata reſtituere, e re viſum fuit. Cautum tamen ſedulo eſt, ne optima & ſuis meritis laudatiſſima editio per me aliquid detrimenti caperet, unde Scholia vetuſta, Aldina & Muſuriana vulgo dicta, a quibus diverſa ſunt, quae inedita laudat Lindenbr. ad Terent. Phorm. Act. IV. 4. p. 617. ut & recentiora Biſeti ac Bourdini, omittenda, neque virorum doctorum notas ab egregio editore Auctori ipſi adjunctas, denuo cum vulgari Variorum titulo Berglerianis inſerendas exiſtimavi, ut editioni Kuſterianae integra & inlibata conſtaret dos, poſthabito etiam Indice, quem addere conſtituerat Berglerus, ut in fine Praefationis monet, qui editionem ſuam ex Lipſienſis Bibliopolae Thomae Fritſchii officina, quantum ex primo ejus ſpecimine typographico mihi patuit, forma, quam vocant, octava deſcribendam auſpicatus fuerat, ſine ullis Scholiis Graecis, ſed nova octo Comoediarum verſione e latere adpoſita (plerarumque enim Comoediarum interpretationes valde inlepidas eſſe queritur in notis ad Alciphron. Lib. II. Epiſt. 4. p. 263.) & ſubjunctis notis brevioribus, in ſecundum forte volumen conjiciendis, non tantum ad palatum virorum doctorum, ſed etiam ad tyronum ſtudia & captum facientibus, textumque auctoris rite intelligendum adcommodatis: nam quum Kuſteriana ſumtibus ejusdem Fritſchii excuſa majoris eſſet pretii, quam ut ab omnibus Graecarum elegantiarum ſtudioſis conparari poſſet, idem Typographus laudabili ad literas promovendas ſtudio ductus minoris formae editionem opera & labore Bergleri exornatam publico eruditi orbis theatro ſiſtere cogitaverat, ut patet ex Actis Lipſienſ. menſ. Mart. ann. 1710. pag. 97 — ad p. 111. ubi Kuſterianae operoſa ſatis fit recenſio, quam a Ber-

Berglero ipso conscriptam non dubiis argumentis suspicari licet, & hanc a nostro paratam editionem in ultimis Praefationis suae verbis innuit Kusterus, licet paullo obscurius, neque expresso Bergleri nomine; quem ab eodem indicari opinor in notis ad Suidam voce λαῖμα pag. 420. per *virum* illum *doctum*, quem in emendando & inlustrando Aristophane, tunc cum ista scribebat, hoc est anno 1704. occupatum esse dicit; sed quem Fabricius in Biblioth. Graec. Vol. I. pag. 721. consilium illud deinde abjeciisse narrat, quum Kusterus ipse spartam hanc ornandam in se suscepisset. Et haec quidem praecipua differendae & in aliud tempus rejiciendae curae Aristophani inpendendae Berglero fuit causa, quemadmodum Herodoti novam editionem adornanti moras injecit exspectatio editionis Gronovianae sub idem tempus in Belgio prodituraе, ut indicare videtur in praefatione ante Alciphronis Epistolas his verbis: *Sed Aristophanes mihi tradebatur, cum notis meis curandus, & nova versione mea plerarumque Comoediarum; quae omnia inprimentur, ubi e re visum fuerit: quo labore absoluto Herodotum sumpsimus, cui emendando & adnotationibus meis illustrando postea vacavi. Sed cum remora injiceretur exspectatione novae editionis ex Belgio, ad Alciphronem rursus redii.* Hinc toties utriusque operis spem fecit in notis ad eumdem Epistolographum Eroticum, in quibus passim lectorem remittit ad observationes suas in Herodotum & Aristophanem. vide pag. 117. 206. 207. 214. 232. 233. 238. 239. 253. 255. 258. 322. 336. 353. 373. 383. 419. 427. & forte alibi. Haec & plura, quae meditabatur, dum in vivis esset, & Lipsiae moraretur Berglerus, quo minus ipse in lucem produxerit, obstitit non tantum laurea ab aliis praerepta, sed & moram injecerunt simultates, quae inter illum & Bibliopolam Lipsiensem Thomam Fritschium exortae, sed deinde tamen conpositae fuerunt, ut patet ex Epistola Bayeri in Thesaur. Epist. laCroziano Vol. I. pag. 30. Forte & operae Actis Lipsiensibus collatae nonnihil eum ab incepto avocarunt: sed praecipue, ni fallor, cogitationes has dein turbarunt sedes nunc mutatae, nunc alio translatae, abitus in Valachiam, & denique profectio Constantinopolitana ad ipsos Turcas, ubi & religionem Christianam ejurasse & Mahomedanae se emancipasse, fama fuit. Ita saltem de Berglero scribit Christoph. Wollius in notis ad S. Clarkii Dissert. de Verb. Med. pag. 240. & 241. *Est hic Stephanus Berglerus Transsilvanus, Hermanstadiensis, qui Homeri editionem Barnesianam erudite recensuit, atque in Acta nostra Latina retulit. Vivebat eo tempore vir hic Graece doctissimus in hac Academia* (Lipsiensi) *deque Graecis literis egregie merebatur. Ego ipse cognovi hominem, in Graecis quidem literis praecipuum, at*

moribus inpolitum, atque ex ejus usu, quum hanc linguam in hac Academia colerem, non parum profeci. Post aliquot annos hinc Hamburgum ad Fabricium, deinde Amstelodamum ad Kusterum ivit. Hinc vero Lipsiam rediens Graecos quosdam auctores, (Aristophanem nempe & Herodotum) *Th. Fritschii sumtu, praelo paravit, qui & Seren. Principis Valachiensis Alex. Maurocordati* τὰ περὶ τῆς καθημένης βιβλιον *Latine ipsi vertendum dedit, an.* 1722. *formis hic descriptum. Pro quo labore quum Princeps valde liberalis eximium ei pretium solvisset, consilium tandem Cl. Berglerus capiebat in Valachiam ad ipsum proficiscendi, commodam ibi plures hujusmodi libros convertendi nacturus occasionem. Hoc autem in vivis non amplius reperto, Constantinopolim se contulit, ac, si famae tunc emananti credendum, Mohammedicam adscivit religionem.* Quae verba eo libentius adscripsi, quia brevem nobis scriptorum & fatorum Bergleri suppeditant notitiam. Optandum certe fuisset, ut in statione commoda & literata apud Lipsienses vitae curriculum absolvisset, & labores eruditos ad posteritatem ipse transmisisset Berglerus, quem Graecarum elegantiarum peritissimum exactorem fuisse uno ore testantur viri docti, & quae reliquit scripta, abunde demonstrant. Merito igitur Berglerum *virum Graecae linguae callentissimum* commendat G. Arnaldus Conject. Variar. cap. XXX. & Cl. Trillerus in Observ. Critic. cap. XIV. *Berglerum* vocat *virum, si intimam Graecarum delitiarum peritiam & acutam in detegendis locis corruptis & emendandis depravatis sagacitatem spectes, cum pauciſſimis hodie comparandum, nulli vero plane postponendum.* Neque parum ad ejus honorem facit, quod scribit Christ. Sigism. Liebius in Thesaur. Epist. laCroziano Tom. I. pag. 242. ubi narrat Berglerum praefuisse corrigendae editioni Sexti Empirici Fabricianae, & miris modis extulisse notitiam Graeci sermonis exactam, quam in vertendo vel inlustrando eo auctore clarissimus editor prodidit, laudesque illas eo majorem mereri auctoritatem, utpote profectas a Viro, qui unus omnium inter Lipsienses optime ea de re judicium ferre poterat. Sed ingenium hominis difficilius & morosius, moresque inpolitos obstitisse opinor, quo minus & literatorum suae aetatis amorem & fortunae prosperioris benignitatem sibi confirmaverit, ad quae concilianda & stabilienda certe non sufficiebat, hominem Graecum esse. Ita enim Joh. Christoph. Wolfius eum nobis describit in Epistola ejusdem Thesauri laCroziani Tom. II. pag. 81. *Berglerum Graecum hominem dixeram ob Graecae linguae studium, cui ita se totum impendit, ut reliquarum artium, earum in primis, quae animum emendant, oblitus videatur.* & pag. 83. *Hominem Graecum non Graecam sed Punicam fidem Atticae tuae opposuisse mirarer magis, nisi idem mihi ita cognitus esset, ut pro homine tantum*

Grae-

Graeco, nec ullo alio disciplinae genere exculto habendus videatur. Alio enim sensu Berglerum hominem Graecum, natione nempe, perperam vocat Menckenius in vita Politiani pag. 158. sed Graecum hominem dixerat Wolfius, ut ipse interpretatur, pro sola tantum Graecarum literarum peritia, non autem comitate ac morum elegantia amabilem & conmendandum. Talem Graecum hominem, sed Dîs hominibusque magis invisum, nostro tempore novimus Joh. Corn. Pavonidem, nulla alia arte aut doctrinae cultu insignem, quam quod Graecus esset Grammaticus, ingenii truculenti, asperi, & ferocis, qui Bellerophontis instar ipse suum cor edens, neque ulla honoratorum, doctorum, aut elegantium hominum consuetudine ac commercio usus, id unice in omni egit vita, ut Graecos nonnullos auctores conmacularet jejunis & sterilibus, sed succo tamen atrae loliginis ubique adspersis notulis, quibus principes in literis humanioribus viros, etiam ob leviſſimos errores, capitali semper sententia ad furcas aut corvos tam inpotenti tyrannide damnavit, ut si huic homini Graeco regni alicujus sceptra, ac jus vitae & necis obtigissent, inhumano Busiride saevior quotidie multas insignes animas ad Orcum detrusisset. Non tamen cum isto Cyclope conparandus ullo modo est Berglerus, qui licet moribus minus politus nonnullos forte a se alienaverit, in scriptis tamen suis, eleganti eruditione refertis, ubique viris doctis meritum, ut par est, tribuit honorem, etiamsi ab illis in contraria discedat. Testes sint Alciphronis Epistolae, quas non modico ineditarum numero auctas, & optimis notis inlustratas edidit an. 1715. in quas licet censuras aliquot, & saepe justas, dederit ibidem Wolfius pag. 83. & 85. dignis tamen elogiis editionem hanc exornarunt docti Actorum Lipsiensium collectores mens. Maj. ejusd. anni pag. 218—222. ubi speciminibus eruditionis Berglerianae ex hac nova Alciphronis editione exhibitis eximia quaevis non inmerito augurantur, quae in Aristophane & Herodoto emendando & adnotationibus inlustrando praestare valeret, eaque omnia jam tunc perfecta & absoluta fuisse scribunt. Modestiores sane & sobriae magis sunt Bergleri in Alciphronem emendationes vel conjecturae illis, quas in Specimine emendationum ad Alciphronem Tomo XI. Hist. Crit. Reip. Liter. pag. 141. ad 151. inseruit Cl. Joh. Henr. Majus, Linguae Graecae Professor Giessensis, novam ejus editionem promittens, quas nimium audaces, minusque feliciter excogitatas, & infelicius adhuc probatas merito Wolfius judicavit in alia ad laCrozium Epistola pag. 111. ejusd. Volum. certe illis neminem dubito longe praeposituram esse notas, quas Georgius Arnaldus, literis elegantioribus nimis inmatura morte praereptus, inseruit Observationibus Miscellan. Vol. IV. Tom. III. pag. 445—453.

Vol. V. Tom. I. p. 55—63. & Tom. II. p. 273—296. Quae autem de Bergleri recenſione editionis Homeri Barneſianae conmemorat Wollius, ſpectant ea, quae auctorem agnoſcunt in Actis Lipſienſibus menſ. Januar. 1712. pag. 1—7. Febr. pag. 54—62. & Jul. pag. 308—318. ubi in ſequentibus ſubjunxit vindicias editionis ſuae Homericae Wetſtenianae, minori forma caſtigatiſſime excuſae an. 1707. quam a Joh. Henr. Lederlino inchoatam, ſed illo ad Profeſſionis Argentoratenſis cathedram mox evocato, continuavit & abſolvit, interpretationemque ſingulis fere verſibus emendavit Berglerus, cum in Belgio verſaretur: hae Actis Lipſienſibus inſertae obſervationes ſi curate expendantur cum optimis praefationibus ab eodem praefixis utrique Volumini editionis iſtius Homericae minoris, virum produnt in hac ſtudiorum parte conſummatum. Poſtquam vero patria relicta Lipſiam ſe contuliſſet, ut propter curtam ſupellectilem inſigni typographo Th. Fritſchio in emendandis optimorum librorum, qui in officina ejus excudebantur, vitiis typographicis operam daret, non diu poſt acceptis ab eo literis commendatitiis, inde Amſtelodamum emigravit, ubi non tantum editionem hanc Homericam minorem, in gratiam luculenti typographi Henr. Wetſtenii, ſed & ſplendidam Pollucis Onomaſtici editionem corrigendam, & Indicibus locupletandam curavit. In hac urbe Bergle-rum hoſpitio excepit mercator Graecus, Mercurium ἐμπολαῖον & ἐναγώνιον feliciter colens, Andreas Nicolai Condicas, quem inſigni elogio effert in Praef. ad Homeri Odyſſ. pag. 21. Hinc ſeceſſit Hamburgum, ubi Cel. Joh. Alb. Fabricio in conficiendo ac digerendo inmortali Bibliothecae Graecae opere ſocius & adjutor exſtitit; quo feliciter confecto Lipſiam ab eodem Fritſchio repetitus, ut Ariſtophani typis mandando praeeſſet, magno ſtudio & induſtria Graecis literis excolendis ibidem incubuit, & in illius Bibliopolae familia ac domo degens, diu ſibi privatus vixit, plurimaque ad rei literariae emolumenta, & adjuvanda eruditorum hominum ſtudia in perſcrutandis praeſertim vetuſtis Graecorum monumentis vel praeſtitit vel meditatus fuit, ut docemur ex J. Conr. Zeltneri Centuria eruditor. in Typograph. Corrector. pag. 87—90. ubi inter alia memorat codicem MS. Homeri ejuſque Scholiaſtae, induſtria Bergleri deſcriptum & emendatum, quem praelo mox committendum fore, operiſque laudes praecipuas Bergleri tribuendas ſcribit; eo enim adhuc vivente haec literis mandabat. Non dubito a Zeltnero indicari codicem Scholiaſtae Homerici in Bibliotheca Paulina Lipſienſi exſtantem, eumdem, quem recenſet Fellerus in Catalog. MSS. Bibl. Paulin. pag. 289. ſed quem propter notarum ſeu literarum compendia lectu valde difficilem teſtatur Struvius in Notit. Rei Liter. cap. IV. §. 32. ſumma tamen dexteritate & peritia inde ſe expedivit

Ber-

Berglerus, & Scholia ista, manu sua descripta ac diligenter castigata, luci publicae sistere destinaverat. vid. Act. Lipsi. 1712. mens. Jul. pag. 316. & Thesaur. Epist. laCrozian. Tom. I. pag. 64. ubi egregiam emendationem suam in Aristoph. Vesp. 129. Ὁ δ' ἀσπιγεὺ Κόρινθος &c. pro χολοὺς, recte firmat loco Eustathii, in notis his omisso. Sunt qui credunt, codicis hujus Lipsiensis Scholia eadem esse ac illa, quae e codice Florentino P. Victorii a Joh. Caselio descripta & a Conr. Hornejo edita sunt, de quibus legi merentur, quae Graevius novae Homeri editioni eadem inserere cogitans scribit Heinsio in Tom. IV. Syllog. Ep. XL. pag. 59. ita certe adfirmat Krausius ad Boecleri Bibliogr. Critic. pag. 847. Sed diversa esse egregie ostendit vir eruditissimus, sub Homerophili nomine latens, in Observ. Miscell. Vol. V. Tom. II. p. 154. & seqq. qui Caseliana contulit cum Lipsiensium Scholiorum codicis Bergleriani exemplo, Hornejana editione longe locupletiore, quod in ejus manus inciderat, cujus aliud apographum ad Joh. Burch. Menckenium, inter Germanos, & Rich. Bentlejum, inter Anglos virum Celeberrimum, etiam perveniisse addit. Quid vero de hoc opere Bergleriano sperandum fuisset, indicat, quum non tantum codicis scripti σφάλματα, sed & Scholiastem ipsum summa cura emendaverit, eumque cum Didymo & Eustathio frequenter contulerit, & quid ipsi cum iis commune aut peculiare, enotaverit Berglerus, simili instituto, quo in Scholiaste Homeri Vossiano quondam versatum fuisse Joh. Fred. Gronovium, patet ex illius Epistola ad N. Heins. Tom. III. Syllog. pag. 421. 424. Sed prolixius & adcuratius de tribus his Scholiastae Homerici codicibus, Florentino, Lipsiensi, & Vossiano, cujus apographum servo manu Jacobi Goyeri exaratum, egit Vir Celeberrimus, quem eruditionis & amicitiae nomine veneror ac diligo, Lud. Casp. Valckenarius in Dissert. de Scholiis in Homerum ineditis post Hectoris Ἀναίρεσιν, sive Iliad. Lib. XXII. cum Scholiis Porphyrii aliorumque anecdotis, ex luculento Bibliothecae Leidensis MS. productis, quorum specimen e singulis Homeri libris, qui quidem in illo codice integri exstant, dederat in Animadv. ad Ammon. Lib. III. cap. 20. sub finem. Berglerum porro auctorem habent Censurae & Animadversiones in Herodotum Jac. Gronovii, editae in Actis Lipsiens. ad an. 1716. mens. Aug. pag. 201. 377——381. & Septembr. pag. 417——424. merito laudatae a Klefekero in Biblioth. Erud. praecoc. pag. 126. quas ne ab ingenio hominis in eodem stadio decurrentis livido profectas quis criminetur, cavebit satis judicium Cel. Wolfii de Herodoto Gronovii in Thesaur. Epist. laCroziano Tom. II. pag. 97. Ex Bergleri etiam calamo profluxisse censuram ad emendationes Bentleji, seu Phileleutheri Lipsien-

ſienſis, in Menandri & Philemonis fragmenta, quam exhibent eadem Acta Lipſienſ. menſ. Jan. 1711. pag. 30. & ſeqq. indicant ejusdem Wolfii verba in Epiſt. ad laCrozium eod. Vol. II. pag. 23. *Mentionem nuper feciſti illius, qui emendationes Cl. Bentleji in Menandri & Philemonis fragmenta cenſura notavit. Eſt is Stephanus Berglerus, quem ſuperioribus annis Homerum in Belgio curaſſe noſti, nunc autem in Herodoto Lipſiae recenſendo totus eſt.* Neque dubito plura in eorumdem Actorum Lipſienſium Voluminibus a Berglero proveniſſe, quae facile deprehendere poſſunt illi, qui Viri ingenium & eruditionem propius perſpectam habent. Notas praeterea conſcripſiſſe ad Aeliani Epiſtolas indicat ad Ariſtoph. Nubes vſ. 311. ubi quae de voce αὐλεμένος notat, docent Berglerum reſpexiſſe illā, quae in Epiſtolarum Graecanicarum editione, Cujacio perperam adtributa, leguntur inter Epiſtolas Aeliani nomine inſcriptas pag. 419. αὐλεμένην πρός με ἀφάμενος μέσην, εἶτα ῥίψας εἰς τὸ κλινίδιον ἔχεσθαι τῆς σπυδῆς. Nonnullas Bergleri noſtri adnotationes & conjecturas ad Moeridis Atticiſtam quum nactus eſſem, eas nuper editioni ſuae inſeruit doctiſſimus Grammatici hujus editor Joh. Pierſonus, qui inſigni hoc eruditionis ſpecimine ſe digniſſimum Valckenario praeceptore diſcipulum, & non niſi praeclara quaevis ab ipſius induſtria exſpectanda eſſe probavit. Joſephi etiam Geneſii Hiſtoriam Byzantinam, libris quatuor Graece ſcriptam a Leone Armenio usque ad Baſilium Macedonem, quam inter Codices MSS. Lipſiae adſervari in eadem Bibliotheca Paulina patet ex Felleri Catalogo pag. 104. & Keysleri Itinerar. Tom. III. pag. 457. totam manu ſua deſcripſerat & in linguam Latinam verterat Berglerus, ut ex autographo ejus mihi conſtat, additis in margine notis brevioribus, ut ineditum ſuo tempore opus e tenebris vindicaret ipſe, vel Joh. Burchardo Menckenio opitularetur, qui illud commentario a ſe inluſtratum, adjectis aliis Conſtantinopolitanae hiſtoriae Scriptoribus, tamquam ſupplementum Corporis Byzantini luci publicae exponere deſtinaverat, ut ſcribit Bayerus in Theſaur. Epiſt. laCrozian. Tom. I. pag. 30. Eumdem hunc Geneſium ex unico illo membranaceo Lipſienſi codice deſcriptum inter Germanos quoque edere conſtituerant Joh. Andr. Boſius, B. Wagnerus, Georg. Schubartus, & Gotfr. Olearius, & cum Interpretatione Latina & notis Ludovici Neocori, ſive Kuſteri, Germanorum in Belgio noſtro decus eximium Joh. Georg. Graevius, qui iteratam omnium Hiſtoriae Byzantinae Scriptorum editionem ſumtibus Fr. Halmae curare conſtituerat, qua de re legi meretur Caſim. Oudini Diſſertatio Critica de adverſa Joſephi Geneſii, Hiſtoriae Byzantinae Scriptoris, fortuna, in Hiſt. Critic. Reip. Liter. Tom. XV. pag. 191—208. Nunc vero tandem illud

lud idem Geneſii opus ex Menckenianis cimeliis in recentatae apud Venetos Byzantinorum Scriptorum editionis Volumine XXIII. principem obtinet locum : ubi quae ſubjunguntur Notae in Geneſium a pag. 65— ad p. 86. ſine ullius Auctoris nomine editae, ut & tota verſio Latina, eique ſubjectae notae breviores, omnes auctorem habent Berglerum, ut ex ejus autographo mihi patuit, quod tamen lectorem admonitum oportebat, ne quis Menckenio aut noviſſimo editori adtribueret. vide Menckenii vitam, praefixam illius Diſſertt. Academ. pag. 47. ubi in nota addita Fr. Otto Menckenius exprobrat typographo oſcitantiam, quod patris ſui ampliſſimam praefationem, qua & vitam Geneſii & codicis MS. rationem enarraverat, praelo jam paratam exſpectare neglexerit, ſed potius inornatum atque inutile opus extrudere properaverit: quibus adjungere potuiſſet, peſſime a typographo habitum fuiſſe Auctorem ipſum, & plurimis operarum mendis inquinatum, adeo ut operae pretium foret, eumdem ad Bergleriani apographi fidem recognitum rurſus evulgari. Denique a Bibliopola eodem Lipſienſi Thoma Fritſchio, cui labores ſuos maxime locaſſe videtur Berglerus, Latine interpretandum quum accepiſſet Joh. Nic. Alexandri Fil. Maurocordati librum, biennio ante Graece tantum editum, περὶ καθηκόντων, ſeu de Officiis, eaque editio Celſiſſimo auctori, Valachienſi Principi, ita placuiſſet, ut ingenti pretio Interpretem remuneraretur, ſtatuit Berglerus in Valachiam migrare, vigilias ſuas ei addicturus in aliis Nicolai Maurocordati & patris ejus Alexandri ſcriptis Graecis interpretandis, quorum amplam ſatis ſeriem enumerant Acta Lipſienſ. menſ. Jul. 1722. p. 332. Berglero autem Bukureſti in Valachia degenti debentur luci vindicata Euſebii Caeſarienſis λείψανα Demonſtrationis Euangelicae, ſive proöemium & tria priora capita in editionibus Operis illius Euſebiani antea deſiderata, quae ex Bibliotheca Valachienſis Principis ab eo eruta edidit Cel. Fabricius ante librum de Scriptoribus, qui veritatem Relig. Chriſtianae adſeruerunt, Hamburg. 1725. ubi in praefatione ſingularem Bergleri hac in re benevolentiam laudat, & vide Reimari vitam Fabric. p. 170. Forte & plura Graecorum ſcriptorum monumenta ex inſigni Principis ejusdem Bibliotheca, Graecis codicibus refertiſſima, e tenebris protraxiſſet Berglerus, verum illo per calamitates bellicas ab hoſtibus circumvento & capto, mox pace facta dignitatibus quidem ſuis reſtituto, ſed non diu poſt extincto, orbatus Maecenate ſuo Berglerus, Conſtantinopolim ſe contulit, forte ut juventuti Graecae praeeſſet in Phrontiſterio ſeu Schola, quam non exiguo ſumtu illic condiderat Alexander Maurocordatus. An vero Mahomedanam illic amplexus fuerit religionem, ut ex famae rumore creditum fuiſſe narrat Wollius,

diemque ibidem obierit ſupremum, incompertum habeo, ac proinde temere id adfirmare non auſim. Id certum, Muſis Graecis earumque cultoribus praeclarius conſulturum fuiſſe Berglerum, ſi liberalitate illa Principis Maurocordati, ceteroquin laudanda, ineſcatus, hamata aurearum compedum catena ſe in Valachiam elici non paſſus fuiſſet, ſed in Germania vel Batavia ſubſtitiſſet, ut commentariis in Herodotum & Ariſtophanem adcuratius elucubrandis & cum orbe erudito communicandis ipſe operam dediſſet. Gratulandum tamen his induſtriae Berglerianae monumentis, & felicibus ingenii ejus foetibus, a parente ſuo derelictis & veluti expoſitis, tales contigiſſe adſertores, qui perniciem & interitum ab iis averterint, ſed tamquam triſtes naufragii tabulas in tutum delatas ſervaverint, uſibusve publicis expoſuerint. Et quoniam laboris Herodotei curam ſuo loco habiturus eſt vir ſummus & inmortalibus in literas noſtras meritis inclytus Petrus Weſſelingius, quem unicum Soſpitatorem ſuum avide jam exſpectat Herodotus, par eſt ut de his in Ariſtophanem notis Berglerianis, novaque plurimarum Comoediarum verſione, nunc tandem publici juris a me factis, & editionis hujus ratione nonnulla adjiciam.

Ut contextum poëtae quam emendatiſſimum caſtigaret, adhibuit vetuſtas editiones, Aldi Venetam omnium principem an. 1498. & Bernardi Juntae Florentinam 1515. diverſam ab illa, quae decennio poſt apud heredes Juntae prodiit ab Antonio Fracino recognita; tum Venetam Joh. Farrei 1538. & Francofurtenſem Petri Brubachii, an. 1544. e quibus Farreanam tanti fecit, ut paſſim in notis ſuis eam praedicet optimam ac codicis MS. inſtar habentem. Hujus tamen editionis nullam, quod miror, fieri mentionem videbis a Morhofio in Polyhiſt. Lib. VII. cap. 2. §. 8. neque a Menagio, in adcurato ceteroquin editionum Ariſtophanis indice, quem dedit in AntiBailleto Tom. II. 113. qui praeterea in eo errat, quod primam editionem Juntinam novem tantum Comoedias conplecti, duas reliquas a Junta in dedicatione promiſſas non conparuiſſe dicat; quum eodem anno eademque typorum forma illas ſeparatim excuſas ſubjunxerit, Theſmophoriazuſas nempe & Lyſiſtratam. Farreanam vero iſtam editionem Celeberrimus Hemſterhuſius, tunc cum Comici noſtri Plutum eruditis & elimatis animadverſionibus inluſtratam ederet, prae ceteris adhibere deſideravit, *quam videlicet magni fieri*, ut in praefatione ait, *inprimisque a Stephano Berglero, optimo illo Graecarum elegantiarum judice, eo in pretio haberi acceperat, ut Lipſienſem Ariſtophanis editionem ad illud exemplar maxime conformandam deſtinaret.* Kuſterianam tamen, multis licet aliter emendatis,

datis, se in sua editione secutum fuisse & repraesentasse, Praefationis initio testatur Berglerus. Sed opinionem ac spem Hemsterhusii minime inplevit editio ista Farreana, ex pretiosa Nobiliss. Matth. Roveri supellectile suppeditata; eam enim diligenter excussam ac conparatam deprehendit tam presso pede insistere vestigiis editionis Andr. Cratandri & Joh. Bebelii, quae Basileae (*Francofurti* apud Menag. & Fabricium) 1532. prodiit, ut mendas typographicas vitiorum accessione cumulaverit. Majoris, ut opinor, emolumenti fuisset, si Berglerus diversorum codicum, Vaticanorum nempe, Arundelliani, Bodlejani, ac Vossiani lectiones varias, adscriptas marginibus exemplarium, quibus uti solebat Kusterus, sed quarum minimam partem in Aristophane recensendo adhibuit aut notis intexuit, a viro eruditissimo, adhuc vivente, aut post ejus fatum, quod certe infelix fuit, si vera narrentur in Thesaur. Epist. laCrozian. Vol. III. pag. 152. a fratre superstite Bernardo Kustero, inpetrare adnisus esset, ut gemmis his a decessore neglectis suam editionem exornasset, vel notas utilissimo criticae opis adparatu instructas locupletasset. Illarum vero copiarum sive nunc deperditarum sive alicubi adhuc delitescentium non leve damnum aliqua ex parte conpensare licuisset lectionibus variantibus codicis optimi Dorvilliani, quem in Pluto castiganda abhibuit Hemsterhusius, ad reliquas etiam Comoedias exhibitis, nisi illius conferendi oportunitatem praeripuisset mors possessoris Celeberrimi, a cujus promtissima, cum viveret, amicorum literatorum studiis opitulandi voluntate haud difficulter ejus usum obtinuissem. Neque etiam in minima jacturae parte reposuerim, quod inter illos, qui ex adcurata codicum manu exaratorum conparatione tutissimam viam ad sananda veterum auctorum vulnera jure arbitrati fuerunt, duorum hominum eruditissimorum salutares manus non expertus fuerit Aristophanes, Isaaci nimirum Vossii, qui novam ejus editionem, saltem quum his literarum studiis adhuc caperetur, ad codd. MSS. castigatam notisque suis insignitam promisit in Observ. ad Pompon. Melam Lib. II. cap. 2. pag. 133. tum Emanuelis Martini, tam propter solidam doctrinam, judiciumque ex diligenti veterum auctorum lectione cultissimum, quam ob exactam Graecae linguae cognitionem viri inter Hispanos magni, qui egregium Aristophanis codicem nitida & antiqua manu scriptum aliquando nactus, etiam meditatus fuerat emendatiorem Comici, quem valde deperibat, editionem, sed cujus spes cum aliis viri praeclari lucubrationibus dudum quoque decolavit. vide Martini Epistolas Lib. VI. Ep. 12. p. 250. Lib. IX. pag. 122. & vitam ejus a Cel. Majansio scriptam §. 90. pag. 42. & §. 129. pag. 65. & 93. Altera notarum Berglerianarum nec minima dos est, quod non tantum locutiones adpositis aliorum au-

ctorum locis dextre explicuerit, ſenſumque poëtae perſpicaciorem ubique reddiderit, paſſim uſus Scholiaſte Graeco, cujus paraphraſes, ubicumque id requiri videbatur, vel confirmat vel rejicit, plerumque tamen ex eo lucem oportunam auctori adfundit, quapropter eo magis in hac editione praetermittenda eſſe cenſui Scholia Graeca, quia pleraque ex iis, quae ad locorum obſcuriorum intellectum faciebant, commode quidem produxerit, & notis ſuis inſeruerit Berglerus; non vero talem operam Scholiis vetuſtis inpenderit, quae conſtabat in iis expoliendis, enarrandis, & emendandis, indole eorum & uſu ad ipſum textum Ariſtophanicum emaculandum demonſtrando, aliisque ſubſidiis ad interiorem Graecarum literarum ſcientiam perſpiciendam ex hoc fonte derivandis, qualem Pluti Scholiis adhibuit Hemſterhuſius, & nuperrime in Scholiaſte ad Nubes praeſtitit inter Germanos Graecarum Latinarumque Muſarum decus elegantiſſimum Joh. Aug. Erneſti, cujus praefatione Nubibus auctoris noſtri & Scholiis ſeorſim ante ſexennium abhinc editis praefixa nihil hoc in genere conſummatius & elaboratum magis conmendari poteſt. Id vero in notis his Berglerianis, praeter optimam plurimorum locorum ex Scholiaſte antiquo inluſtrationem, majoris & eruditioris curae eſt, quam praecipue laudabunt gnari rerum judices, quia hoc ab aliis Commentatoribus tanta diligentia praeſtitum non fuit, quod ante omnia Comicum ex Tragicis inluſtrandum ideo ſibi ſumſerit, quia ſaepiſſime alienis verbis loquens ad eorum loca reſpicit, Euripidis prae ceteris, in quibus dictionem pravo filo decurrentem carpere, tumida nimis & adfectata ridere, humilia denique & ſanae menti contraria ludibrio exponere cogitabat: haec vero loca niſi quis ita in numerato teneat, ut verſus ex illorum tragoediis, acrius ab auctore notatos, quaſi ante oculos habeat & conferat, inobſervatus praeteribit omnis Comici ſalis lepos, poëticarum venerum elegantia vix percipietur, neque aut quo penetret argutiae Satyricae acumen, aut quem liberior pungat aculeus, facile ſentiet lector. Verſionem Bergleri Latinam ſi ſpectemus, admirabimur optimum interpretandi genus, qui auctorem ſuum ubique ſic vertit, ut ſincero & perſpicuo ſermone Latino, verſuum & verborum ordine ac numero diligenter obſervato, carmina Graeca reddiderit oratione ſoluta, & a genio Latinitatis minime aliena, licet ſumma harum linguarum ſit diſſimilitudo. Optimo enim artificio, fidi interpretis inſtar, verbum verbo reddere curavit, obſervata eadem collocatione vocum in utroque textu, quod perquam difficile facit linguae utriusque repugnantia & diverſitas, quae cogit ſaepe interpretes ab auctoris veſtigiis recedere & evagari, praeſertim ſi poëtas Graecos carmine Latino vertant, ut Friſchlinus ac Florens Chriſtianus noſtrum

Ari-

Ariſtophanem numeris metricis reſuderunt, ac proinde neceſſe habuerunt longius excurrere, & in remotas a ſingulis verſibus partes plus juſto exſpatiari, ut Comici ſententiam verſibus includerent. Alii liberiore verſione proſaica uſi, ſenſum & argumentum auctoris tantum exprimere adniſi ſunt, ut elegantiae Latini ſermonis ſic melius conſulere viderentur; quam viam ſi inſiſtamus, ſufficit certe Latina tantum ſeparatim edere, neque Graeco textui e regione opponere, ſed hac quidem ratione Graeci auctores etiam facilius e ſtudioſorum manibus excutiuntur, in quam claſſem referendae ſunt Lamberti Hortenſii verſiones quatuor Comoediarum Ariſtophanis, Pluti nempe, Nubium, Equitum, & Ranarum; perperam enim Menagius Graeca ſimul cum Interpretatione Hortenſii prodiiſſe notat: neque ſatis adcurate Fabricius tres priores tantum fabulas ab eo verſas junctim & eodem anno 1577. Ultrajecti excuſas refert, quum diverſis annis illic editae fuerint. vide Traject. Erud. p. 161. Quia igitur verſiones inſtituuntur in gratiam Graecae linguae ſtudioſorum, optimam hanc interpretandi viam jure probavit & in his ſecutus eſt Bergle-rus, quae verbum de verbo exprimat, vocumque ac verſuum ordinem eumdem retineat, quantum id patitur linguae ratio & facultas. Audiamus ipſum in Praefat. ad Homeri Iliad. pag. 11. *Quod ad verſiones adtinet, id etiam rectiſſime judicavit* (editor) *illas, quae verbum verbo exprimunt, aliis liberioribus eſſe praeferendas; nam iſtae plerumque dum ſolam elegantiam & proprietatem Latini ſermonis ſectantur, a Graeco longius recedunt: hinc fit ut lector rerum cognoſcendarum avidus, neglectis Graecis, quia difficile & longum eſt videre quid cui reſpondeat, ſolam verſionem captus ſimul ejus elegantia perlegat, putetque ſe recte legiſſe Auctorem, quia argumentum jam teneat; quo pacto ſatius erat Latina ſeorſim edi. Cum autem auctores edantur in gratiam eorum, qui Graece diſcere cupiunt, debent omnia ad verbum, quantum fieri poteſt, exprimi, ne lector abducatur a Graecis verbis longius, ſed facile cernat quae Latina illis reſpondeant. Exprimitur autem verbum verbo, quando reſpicitur etymologia & uſitatior vocis ſignificatio, minimeque inde receditur, niſi cum Latini ſermonis indoles cogit. Tales verſiones uti uſu faciliores ſunt, ita factu operoſiores deprehendentur periculum facienti.* Et hanc rectiſſimam vertendi rationem paſſim adprobant viri eruditi, atque in exemplum proponunt Angeli Politiani interpretationem Epicteti, duorum Idylliorum Moſchi in Amorem fugitivum & arantem; & Elegiae Callimachi in Lavacrum Palladis; ſecus ac in Herodiano feliciſſimus hic & cum paucis conparandus Latinae facundiae artifex majori diligentia circa ſenſum & indolem auctoris verſatus fuit, quam curam verborum,

ut elegantiori interpretatione Latina auctorem suum non adeo exprimeret, quam quidem superaret: unde novam Herodiani versionem, vestigiis auctoris presso pede propius insistentem, magisque studiosae juventuti quam maturioribus ingeniis adcommodatam, suscepisse & absolvisse nostrum Berglerum, dum Lipsiae ageret, patet ex ejus Epist. ad Fabric. edita a Reimaro post vitam Fabric. pag. 222. & 223. ubi & alios labores suos in Sexto Empirico castigando, Scholiaste Homeri & Genesio, de quibus supra, ex Bibliotheca Lipsiensi describendo & vertendo recenset. Illam vero Herodiani interpretationem chartis suis involutam in parentis Joh. Burchardi Menckenii Bibliotheca diu latitasse, sed deinde in manus forte indignas pervenisse scribit Fred. Otto Menckenius in Historia vitae Politiani pag. 158. Et certe in Poëtis Graecis vertendis sententiae majorem quam metri rationem haberi, utilius existimandum est, quod & in jambico Luciani Tragopodagrae carmine interpretando praetulit hoc seculo Vir Celeb. Joh. M. Gesnerus; nam licet pro utraque parte disputari posse non ignorem, prioris tamen generis interpretem magis fidelem & juventuti utiliorem, alterius elegantem magis & viris doctis oportuniorem arbitror. Legi merentur, quae de utroque interpretandi modo scripserunt Paulus Manutius Praefat. in IV. Philippicas Demosthenis, Latinitate ab eo donatas, & operosius Petrus Nannius Commentario ad Horat. A. P. 133. ubi tria quae requirit in optimo interprete, *religionem*, quae circa verba verbis reddenda versetur, *fidem*, ut sententiae reddatur sententia, nihilque addatur, dematur, aut mutetur, quod non apud auctorem reperias, & denique *indolem*, ut colores, dignitates, & adfectus, qui in Graecis fuerint, etiam in Latinis efferantur, suis numeris si inpleviſse dicamus Berglerum in hac versione Aristophanica, debitam ejus industriae laudem non denegabimus.

Et haec quidem non omnibus forte explorata de Stephano Berglero, ejusque ineditis ad Aristophanem notis ac nova versione Latina, aliisque viri doctissimi scriptis, quibus non vulgarem in modum de Graecis literis promeritus est, dicta sufficiant, ex quibus patebit, ni fallor, me non ingratam viris eruditis, aut juventuti Musarum Graecarum studiosae inanem collocasse operam in nova Comici editione adornanda, & ab interitu vindicando Commentario hoc Bergleriano. Huic accessit non exiguum novae hujus editionis ornamentum, Spicilegium nempe notarum in quatuor priores Comoedias, & emendationum Viri Celeberrimi, vel sola egregia Thucydidis editione, ut alia insignia ejus merita taceam, nomen inclytum in re literaria adepti, Caroli Andreae Duckeri, quo simul cum optimo & eruditissimo operis consorte Arn. Drakenborchio debita manium vene-

veneratione lubentissimus recordor neque in extremam felicitatis partem refero me praeceptoribus usum fuisse, quando praeclaris his linguae utriusque vindicibus, ac splendidis Lycei sui luminibus gloriabatur Trajectina Pallas, quae tunc visa diu felix, jam vero gloriae hujus dimidium sibi abesse queritur. Has autem Duckeri notas gratus agnosco me debere humanitati Viri Clarissimi & Collegae conjunctissimi Gulielmi Roëllii, Anatomes in illustri nostro Athenaeo Professoris nunc honorarii, dignissimi & munifici scriniorum Duckerianorum heredis, quae cum perlustranda pro jure amicitiae, qua me conplectitur, comiter concessisset, depromtas ex iis observationes has, quas utinam auctor in omnes pertexuisset fabulas, ultro editioni huic adnectendas permisit. Conscriptae autem fuerunt a Duckero post editum a Kustero Suidam, sed antequam ejusdem editio Aristophanis prodiret in lucem, si notas ad Equites excipiamus, quas postea scripsit, ut ipse in codice suo notaverat, & ex locis nonnullis patet, ubi a Kustero dissentit; quod ideo monendum, quia in ceteris ad priores tres Comoedias nonnulla occurrunt a Duckero animadversa, Kustero quidem jam observata, sed quae tamen propterea non omittenda fuerunt, quoniam vel emendationes ejus confirmant, vel vicissim a Kustero copiosius adstruuntur ea, in quibus idem forte Duckero in mentem venerat; unde ex mutuo isto duorum hominum doctissimorum consensu non exigua iisdem conjecturis & observationibus conciliatur auctoritas. Conplectebantur hae Adnotationes, quatuor diversis codicibus exaratae, optima Collectanea, in quibus congesserat Duckerus omnia, quae vel ad emendandum vel explicandum Aristophanis ejusque Scholiastae contextum pertinere videbantur: quibus chartis in ordinem digerendis, recensendis, & typo mandandis, quum ipse editionibus Anthologiae Latinae ac Claudiani producendis satis essem exercitus, operam suam inpendere non refugit vir eruditissimus amicissimusque Nicolaus Bondtius, cujus cura provisum fuit, ne quid nomine Duckeriano indignum prodiret, recisis atque omissis illis, quae vel non satis elaborata vel ab aliis jam ante animadversa fuerant, unde autographis ipsis longe quidem breviores evaserunt, sed quae tamen vel sic quoque plurima bonae frugis contineant, in quibus aut Comicus ipse, aut alii auctores velut in transcursu feliciter restituuntur vel illustrantur. Selegit autem illa, quae praecipue ad Aristophanem ipsum spectabant, quamquam maluissem plura exhibita, & praesertim illa, quae ad Scholiastae castigationem faciebant, ex quibus non parum subsidii accedere posset illi, qui Scholia Comici nostri emendatiora aliquando edere in animum induceret. Notis denique his Duckerianis fere subjunxissem, unice propter libri in his oris vix obvii raritatem,

emen-

emendationes Richardi Daweſii ad ſingulas Ariſtophanis Comoedias in ejus Miſcellaneis Criticis a pag. 195. ad pag. 347. editas. Sed, praeterquam quod jam ſatis excreverat editionis hujus volumen, deterruit me judicium Celeb. Dorvillii, qui exactiſſimus ingeniorum arbiter, quid de facultate Daweſii Critica cenſendum ſit, ſaepe in Animadv. ad Charitonem oſtendit; & prolixiores neque ſemper plus aequo ſeveriores cenſurae de his Daweſii Miſcellaneis exhibitae in Actis Lipſienſ. an. 1750. menſ. Jul. pag. 411. & ſeqq. quarum auctorem ſe profitetur Joh. Jac. Reiskius in ſuis ad Ariſtophanem noſtrum notis, editis poſt Animadv. ad Euripid. pag. 189. licet optimam tamen Daweſii Miſcellaneorum partem laudet illam, quae emendationes illas Ariſtophanicas conplectitur.

Quemadmodum vero editionis noviſſimae Kuſterianae pretio ne quid detraheretur, aut per hanc novam Berglerianam decreſceret, diligenter me caviſſe, in initio praefationis hujus profeſſus ſum, ita ſimul tamen procurandum exiſtimavi, ne, quod in illa deſideratum merito poſſit culpari, in hac quoque editione omiſſum aut neglectum notaretur. Fragmenta nimirum deperditarum Comoediarum, quarum nullam rationem habuiſſe Kuſterum, equidem mirari ſatis nequeo, cum potuiſſet vir in his literis verſatiſſimus ea, quae nunc a Cantero & Coddaeo collecta habentur in editione minoris formae excuſa Lugd. Bat. 1624. & recentata Amſtel. 1670. inſigni acceſſione ex Etymologo Magno, Suida, Athenaeo, Stobaeo, Scholiaſtis in alios auctores antiquis, Grammaticis editis atque ineditis, & aliunde aucta locupletare. Neque male etiam de literis, ipſoque adeo Ariſtophane, promeritus fuiſſet Jacobus Hertelius, ſi fragmenta Comici noſtri eadem diligentia in unum collegiſſet, qua tot veterum Comicorum, quorum integra perierunt opera, reliquias ſive ſententias congeſſit, libro, ut titulus praefert, Veronae edito 1616. labore absque controverſia laudabili, ſed qui majorem adhuc eruditi hominis curam mereretur: nam non omnium Comicorum Bibliothecam, ut inſcripſit, ſuppeditat, ut vel ex ſola Meurſii Bibliotheca Graeca Atticaque, & Fabricii Notitia Comicorum deperditorum, quam dedit Lib. II. Biblioth. Gr. cap. XXII. manifeſtum eſt. Haec autem Ariſtophanis Fragmenta primum collecta debentur Theodoro Cantero, non Gulielmo, ut perperam in iſtis editionibus titulus prae ſe fert, qui praeter haec Ariſtophanica ceterorum etiam Comicorum omnium, Tragicorum, & Lyricorum Fragmenta undique excerpta in tria aut quatuor volumina manu ſua exarata digeſſerat, quae Andreae Schotto edenda conmiſerat, ne perirent, ut ex illius praefatione Fragmentis praemiſſa liquet, ſed quibus typographi Petri Roverii tarditas & lentor obſtitit, quo minus lucem adſpexerint publicam. Non

tamen

tamen cum ipso Cantero interciderunt, ut opinabatur Graevius Orat. in L. Natal. Acad. Traject. pag. 396. eo enim defuncto per Hug. Grotium ab heredibus Roverii haec veterum Poëtarum Graecorum λείψανα extorsit Schottus; postea in Petri Francii Bibliothecam pervenerunt, ut ex illius Catalogo patet pag. 134. eademque me aliquando manu versasse memini in Bibliotheca Cel. Dorvillii, inter cujus gazas literarias adhuc adservantur. vide Amplissim. Patruelis Casp. Burm. Traject. Erud pag. 73. & Joh. Fr. Foppens. Biblioth. Belg. Tom. II. pag. 1121. Haec Aristophanis Fragmenta dein recensuit & nonnihil auxit Gulielmus Coddaeus, Hebraicarum quondam literarum post Franc. Raphelengii obitum in Academia patria Leidensi Professor, inter cujus scripta etiam memorantur a Meursio Lib. II. Athen. Bat. pag. 283. licet tamen Cantero collectionis hujus industria praecipue adscribenda videatur. Catalogum vero Comoediarum deperditarum praefationi suae quidem addidit Schottus, sed adcuratiorem earum Indicem quum exhibuerit idem Joh. Meursius in Bibliotheca Graeca Llb. I. pag. 1252. & seqq. & magis elaboratum in Biblioth. Attic. Lib. I. pag. 1436. ad pag. 1450. in Tom. X. Thesaur. Antiqq. Graecar. Gronov. hunc praecipue Fragmentis in hac quoque editione subjungendum censui, neque praetermittendum esse illum, quem vestigiis Schotti & Meursii insistens digessit Cel. Fabricius Biblioth. Graec. Lib. II. cap. 21. quemadmodum Kusterus ea, quae de Comoediis Aristophanis hodie superstitibus eodem in loco praemiserat Fabricius, suae editioni praefigenda curavit. Plura quidem Fragmenta, eaque valde multa se habuisse, sed in aliud tempus eorum editionem distulisse indicat Coddaeus tam in praefatione quam in nota post Fragmenta ἐκ Ὥρας; quod utinam praestitisset potius eadem opera, quam promissi reus ad retexenda pensa redire constituisset; vel nostro seculo eamdem curam his Aristophanis quam Callimachi Fragmentis adhibuisset Bentlejus: nam Fragmenta omnium Poëtarum Graecorum, eosque inter dramaticorum, notis & emendationibus suis instructa, edere meditatus fuerat, ut promisit in Epist. post Malalam pag. 20. & 50. a qua insigni collectione quid sperandum fuisset, plurima eidem Epistolae eruditissimae inserta specimina non tantum demonstrant, quam quidem praeclari operis desiderium conmovent. Haec autem Fragmenta Aristophanica ingenti numero augeri possent, & singula loca cum optimis Auctorum, e quibus producta sunt, codicibus & editionibus conferri mererentur, ut ex diversitate lectionum corrupta emendarentur, vel male dispositа concinnius degererentur, additis virorum doctorum conjecturis, ex scriptis eorum Criticis facile excerpendis. Paucula hic illic in notis suis Berglerus contulit, ubi ex iis lucem auctori suo adfundit, vel conparavit scripturae varietatem. Sic

fragmento ex Γεωργοῖς, apud Stobaeum exstante, Εἰρήνη βαθύπλουτε &c. optime illustrat versus, quibus commoda Pacis praedicantur in Εἰρήνη vs. 1131. & seqq. ad cujus Comoediae fragmenta notari oportuisset Harpocrationem in Σηκάγγιον tradere, Aristophanem loci illius Piraeei meminisse ἐν Γεωργοῖς. alterumque ex iis fragmentum apud eumdem in Κωδία ex cod. Vat. ita supplevit Maussacus Ἀγαθιύγε κωδίαν. In notis ad Plutum vs. 1198. observat Berglerus fragmentum ex Danaidibus illic a Scholiaste adferri hunc in modum,

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας,
Παρ' αἷς ὁ βωμὸς ὅτος ἱδρύθη ποτέ.
Testificor Jovis familiaris ollas,
Apud quas ara haec dedicata est olim.

sensu non deteriore, quam quo apud eumdem Scholiastem ad Pacem vs. 922. legitur secundo in versu,

Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς &c.
Cum quibus ara haec &c.

in hac autem Fragmentorum collectione mutilus habetur versus primus,

Μαρτύρομαι δὲ ἑρκίου χύτρας.

alter vero ex Suida sic producitur,

Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς ὅτος ἱδρύθη ποτέ.

Ita primum ex Αἰολοσίκωνι mutilum, ut hic editur, fragmentum supplevit Casaub. ad Athen. Lib. III. cap. 15. hoc modo: καὶ μὴν ἐς τὸ δεῖπνον ἀκροκάλιά σοι τέτταρα ἥψησα ταχέως· & quintum ex eodem dramate apud Pollucem Lib. IX. Segm. 63. sic correxit Meurs. in Biblioth. Attic. Κοιτὼν ἁπάσαις εἷς, πύελος δ' ἑκάστῃ μία. quomodo sequentes versus —— ὅπερ λοιπὸν μόνον Ἐν τῇ γναθῳ διάβολον γενήταί μοι, aliter, ac hic editur, constituunt & optime interpretantur Jungermannus & Cl. Hemsterhusius ad Lib. IX. Segm. 63. hac vero Fabula exagitasse Aristophanem Siconem quemdam versipellem & levem, (quod nomen perperam alios in Sicyonem mutasse notat Casaub. ad Athen. Lib. IX. cap. 6.) eamque per filium Ararotem in scenam exhibuisse docent iidem interpretes Pollucis Lib. X. Segm. 24. qui fragmentum octavum in leges senarii sic restituerunt ad Lib. ejusd. Segm. 104. Δοῖδυξ, θυία, τυρόκνησις, ἐσχάρα. Ex Comoedia deperdita, Δαιταλεῖς inscripta, (quo titulo etiam Menander fabulam ediderat) in qua duos adolescentes, alterum frugi, alterum luxu perditum introduxerat, insigne fragmentum nobis servatum esse a Galeno, summo Medicorum veterum Critico, in Praefatione Lexici Hippocratici, indicat Kusterus ad Nubes vs. 529. quae nota Berglerianis inmixta est. fragmentum ipsum quum non adtulerit Kusterus, locumque Galeni pro parte tantum

tum

ipsum quum non adtulerit Kusterus, locumque Galeni pro parte tantum dederit Meursius in Bibl. Att. in Δαιταλεῖς, & in eo corrigendum monuerit Δαιταλέων pro Δεπαλέων, suppetias feret erudita Casauboni animadversio ad Athen. Lib. III. cap. 32. ubi integriora Galeni verba exhibet, ex quibus argumentum fabulae illius manifestum fit, conveniuntque cum Scholiaste ad Nubes, qui drama illud primum ab Aristophane conmissum ait, in quo σῶφρον μειράκιον εἰσάγῃ ὁ ἕτερον ἄχρηστον. Illustratum illic etiam videbis fragmentum illud ab Athenaeo recitatum,

Οὐκ αἰσχυνῇ τ' τεῖχον τυτονί
Πλύναν ἅπασιν ὅσα σύνοιδ' αὐτῷ κακά.

quod in his quoque a Cantero & Coddaeo collectis legitur, confirmantque hi versus praecipue argumenti modo indicati rationem, quia referendi sunt ad adolescentem nequam & sceleſtum, quam τεῖχον vocat, cujus vocis elegantiam optime exponit Casaubonus. Forte igitur eadem fuit Comoedia, in qua *Modestum* & *Luxuriosum* exhibuerat. vide Parabasin Chori, ejusque epitomen in notis Bergleri ad Νεφελ. vs. 517. pag. 144. male etiam *Convivas*, vel *Epulones*, a nonnullis verti monuit Casaubonus, & post eum Mauss. ad Harpocrat. in Ὑπέρπολον, & Jungerm. ad Polluc. VII. 33. Segm. 153. ex quibus discimus, Nunnesium valde se torsisse in explicanda Fabulae hujus epigraphe, atque emendandum censuisse ἐν Δαιδαλιδεῦσι, sed perperam, quum ab Atticae δῆμῳ nomen huic dramati fuerit inditum: frequens enim veteribus Comicis, fabulas suas ab Atticae populis denominare, ut saepe apud Pollucem Aristophanes ἐν τῷ ἐν Ἀναγύρῳ laudatur, licet ἐν Ἀγνῷ, ut in principio horum Fragmentorum, vel ἐν Ἀγύρῳ, in aliis habeatur codicibus. unde male in hac Fragmentorum ἐκδόσει Aristophanis ἐν Ἀναγύρῳ, & ἐν Ἀγυρῷ, ut diversae Comoediae recensentur, prolato Pollucis loco Lib. IX. 6. in quo recte Meursius ἐν Ἀναγύρῳ emendandum notavit. Nam Anagyrus erat pagus quidam tribus Erechtheidis, ut egregie docuit vir magnus ad Athen. Lib. IV. cap. 4. similiter ab Atticae pago vel demo nomen habent Aristophanis Ἀχαρνεῖς, Eupolidis Προσπάλτοι, (nam sic vocandas videbis apud Casaub. ad Athen. VII. cap. 22.) & Strattidis Πολίμοι; ut verum genuinumque titulum fabulae, quae in recensione dramatum Strattidis diligentiam Casauboni, Meursii, & Fabricii effugit, scribendum esse monet Cel. Hemsterh. ad Plutum pag. 470. Huc forte spectant Eupolidis Δῆμοι, non Δημόσιοι. nam apud Plutarchum in Pericle p. 165. ubi citatur ῥῆσις ex Eupolidis Δημοσίοις, recte suspicatur H. Stephanus legendum Δήμοις & sic Xylander, quo proinde *in Demis* vertit. vide Jungerm. ad Polluc. VII. 27. 123. &

Valckenar. ad Ammon. in Τύραννον p. 139. verosimiliorem tamen in notis ad Pollucem Lib. IX. Segm. 72. de titulo hujus Comoediae Anagyri sententiam dedit Cel. Hemsterhusius, inscriptam nimirum fuisse ab Heroe Anagyro, ut similes aliae sunt Aristophaneae, ab Heroibus nomen sortitae, Amphiaraus, Aesculapius, Glaucus, Daedalus, & tota Fabula *Heroum* nomine insignita, de qua vid. Casaub. ad Athen. IX. cap. 18. licet de Aesculapio dubitari possit, quem Comoediae titulum male existimabat Seberus apud Pollucem Lib. II. Segm. 59. cum Plutus illic dicatur ἐν Ἀσκληπιῷ, seu Aesculapii templo, visum recepisse; ut in Indice Pollucis notatum est, & a Fabricio in Catalog. Comoed. deperd. Aliud fragmentum ex iisdem Δαιταλεῦσι e Suida in στλεγγὶς exhibitum hic videbis,

Οὐδ' ἔστιν αὕτη στλεγγὶς ὐδὲ λήκυθος.

quod apud Scholiastem ad Equites vs. 577. sic legitur,

Οὐδὲ γὰρ αὐτὴ στλεγγὶς, ὐδὲ λήκυθος.

sed scribendum, ut Berglerus in notis suis habet, Οὐδὲν γὰρ αὐτὴ &c. vel ut Cel. Duckero placebat, Οὐ δὴ γὰρ αὐτὴ &c. ut sit senarius jambicus. illud quoque ex eadem hac fabula a Scholiaste Theocriti ad Idyll. II. 12. (nam loci indicium in hac collectione omissum est) adfertur, ubi legitur,

Τί δὲ κυνίδιον λευκὸν ἐπεία
Τῇ Θεσπὶ εἰς τὰς τελόδυς.

non εἰς τὰ τελόδυς. ut vitiose dederunt operae. ejusdem dramatis etiam mentionem facit Scholiast. ad Equit. vs. 1010. ubi oraculi de Athenarum potentia, eam aliquando Aquilam in nubibus futuram, meminisse nostrum ἐν Δαιταλεῦσιν adnotat: qui locus non tantum collectores fragmentorum, sed & Meursii industriam praeteriit. Ex Νήσοις, sive Insulis, versum e Suida & Polluce Lib. IX. Segm. 123. Λέξεις ἄρ' ὥσπερ τὰ παιδία· ἔξεχ' ὦ φίλε ἥλιε protulit Florens Christianus ad illustrationem loci e Vespis vs. 768. aliumque ex quarto fragmento, apud Stobaeum exstante, sic emendat Salmas. ad Solin. pag. 316.

Ὄψῳ δὲ λεπάδι σπινδίοις τε ὐ κίχλαις.

pro eo quod editum est,

Ὄψων δὲ λεπάδι, σπινδίοις τε ὐ κίχλαις.

Fabulam istam Νήσους (quod tamen δρᾶμα ὐ γνήσιον suspicatur Pollux Lib. IX. Segm. 89.) edidit Aristophanes, ut Insulanorum miseram sub imperio

perio Athenienſium conditionem populo huic ob oculos poneret, quorum lites dirimendas in urbem tranſtulerant, cum antea Athenienſium Neſiarchi de iis ſtatuendi jus habuiſſent. vid. Caſaub. ad Athen. Lib. II. cap. 15. & ad Lib. IX. cap. 17. in fin. qui recte ἐν Νήσοις correxit pro Νήσαις, quod receperunt eruditi Pollucis interpretes ad Lib. VI. Segm. 45. eodem ſpectabant Comici noſtri Holcades, in quibus ingentem rerum copiam, quae ab Inſulanis iſtis in urbem Athenas deportabantur, licet ſub duro haberentur jugo, ad populum Atticum leniendum & mitigandum, in memoriam iis revocabat, vel cives ſuos hortabatur ad retinendum maris imperium, ut idem docet Caſaubon. ad Lib. III. cap. 12. ex Holcadibus iſtis fragmentum adfert Scholiaſtes ad Nubes vſ. 699. ex quo legendum,

Ἰὼ Λακεδαίμον· Τί ἆρα πείσῃ τήμερα;

non Τὰ ἆρα πείσῃ, ut in hac Fragmentorum collectione excuſum eſt. Sic ex Scholiaſte Berglerus ad Acharn. 119. adfert fragmentum ex iisdem Holcadibus, παῖδες ἀγένειοι, Στράτων. *pueri imberbes, Straton.* quo verſu vitioſe in his Fragmentis editur, ἀγένειον πράτων. ſed in margine correctum eſt. Ex Comoedia etiam Γῆρας, *Senium*, qua depinxit ineptias ſenum inſtar juvenum laſcivientium, primum in his fragmentum eſt ex Athenaeo Lib. III. pag. 109. quod optime illuſtrant Bergleri noſtri notae ad Alciphron. lib. II. Epiſt. 2. init. a qua diverſa eſt alia Γηρυτάδης inſcripta, non Γυειτάδης, ut olim legebatur apud Polluc. Lib. IV. Segm. 181. quo nomine Ariſtophanes hanc fabulam ſcripſerat, Antiphani ab aliis perperam tributam. In priore enim Γῆρας de ſenectutis incommodis egiſſe, ex fragmentis ejus patere, ſed deinde inductos fuiſſe ſenes quosdam recoctos ſeu priori aetati reſtitutos, ſed fortuna ſua abuſos cuncta ex libidine patraſſe, cenſet Caſaub. ad Athen. III. cap. 25. ex eadem Γηρυτάδῃ in Fragmentis his neglectus eſt locus Scholiaſtae Sophocl. ad Electr. 283. ubi ad illa verba ὦ δύσθεον μίσημα, adnotat: ἐκ ταύτης Ἀριστοφάνης παρώδησεν ἐν Γηρυτάδῃ. Ex Πελαργοῖς etiam, ut ubique cum Meurſio & Jungermanno ad Polluc. VII. Segm. 105. non Πελασγοῖς, ſcribendum probant ipſa fabulae illius fragmenta, verſus hos ſic adferunt Scholia ad Veſpas vſ. 1231.

Ὃ μὲ ἤδειν Ἀδμήτῳ λόγοις τοῖς Μυρρίνην,
Ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος.

male enim in Fragmentorum Sylloge, Ὁ δ' αὐτὸς ἠνάγκαζεν &c. & hanc Scholiaſtae lectionem probaſſe videtur Berglerus ad Veſp. vſ. 1220. nam vertit, *Iſte autem jubebat eum canere carmen Harmodii.* ubi quae de Harmodii melo, & ſcoliis ſeu carminibus convivialibus erudite notat, con-

ferenda cum animadverſionibus Caſauboni ad Athen. Lib. XV. cap. 14. Μυρρίνην vero ſcribendum cum litera majori; nomen enim eſſe celebris apud Graecos meretricis, quod Scholiaſtae Ariſtoph. ad Plutum vſ. 149. pro corrupta ſcriptura Πυρρίνη reſtituit, conſtare illi, qui paullo familiariorem cum meretriculis antiquae Graeciae conſuetudinem habuerit, venuſte obſervat Cel. Hemſterhuſius. Praeterea animadverti etiam meretur, fragmenta nonnulla inter deperditarum reliquias relata, quae nunc in aliis Comoediis ſuperſtitibus exſtent, vel ex ſecundis Fabulis amiſſis adferri, quae in primis occurrant. e multis ſufficiat verſus, qui hodie exſtat in Thesmoph. vſ. 640. Σκάφιον ξένη μ' ἤτησεν· ἃ γὰρ ἦν ἀμίς. & tamen a Polluce Lib. X. cap. 9. in fin. producitur tamquam ex Ariſtophanis Polyido, unde inter illius dramatis fragmenta hic quoque legitur, ſed pro Ξένη μ' a Polluce adferri Ξένυλλ' ἤτησεν, meliori certe lectione, ut Xenylla ſit proprium feminae nomen, praetulit Kuſterus. quod Biſeto etiam placuiſſe, notavit Jungermannus. Huc refer fragmentum ex Thesmophoriazuſis ſecundis, ſervatum ab Athenaeo Lib. I. pag. 29. quodque ita ſcribendum eſt:

Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πεγάμνιον,
Οὐ Χίον, ἃ Θάσιον, ἃ Πεπαρήθιον,
Οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τ' ἔμβολον.

ubi ἔμβολοι dici ab Ariſtophane nervum, quem τειέμβολον vocat in primis, quae nunc exſtant, Thesmophoriazuſis, monet Berglerus ad Aves vſ. 1256. earum enim ſecundam periiſſe, & ſuperſtitem hodie eſſe primam videbis apud Mauſſac. ad Harpocr. in πύλαι, Hemſterh. in Addend. ad Polluc. pag. 1040. & G. d'Arnaud Animadv. Critic. ad Hephaeſt. cap. 25. in quam plurima ex Cratini Ἐμπιπραμένοις tranſtuliſſe Ariſtophanem, ex Clemente Alexandrino teſtatur Meurſius in Biblioth. Attica. Sed quod magis ad rem facit, Athenaeus Lib. IV. pag. 171. verſum, qui nunc in ſuperſtite ſecunda Nubium Comoedia legitur vſ. 1200. profert tamquam ἐκ ταῖς ὑστέραις Νεφέλαις. quod notandum indicavit Berglerus, quia idem ille exſtat in poſterioribus, quas habemus, Nubibus. Ut vero haec melius intelligantur a Muſarum ſtudioſis, ſciendum eſt, inter dramata Ariſtophanica, quod vel ex Indice eorum Fragmentis praefixo patet, nonnulla eſſe, quorum prima & ſecunda a veteribus memoretur edito, ut Αἰολοσίκων πρῶτος & δεύτερος, Thesmophoriazuſae, Nubes, Pax, & Plutus: ſaepe enim fabulae, quae prima conmiſſione populo minus placuerant, ad incudem revocatae denuo in ſcena exhibebantur, quod dilucidius adpareret, ſi alicujus ex iſtis Comoediis duplex hodie ſupereſſet exemplum, ut animadvertit Cel. Hermſterh. ad Plutum pag. 280. Tales autem limatiore cura perpolitas & recentatas fabulas vocabant ἀφασκευάς, vel ἐπιδιεσκευασ-

μένα.

μένα δράματα, etiam si idem retinerent nomen, vel diversum iis inponerent, quales Epicharmi, Antiphanis, & Diphili laudantur; si vero utrique fabulae nomen maneret commune, distinctionem addebant prioris & posterioris dramatis: ut sunt πρώτεραι & δευτέραι Nubes & Thesmophoriazusae, Pax prima & posterior, Plutus primus & secundus, quales Eupolidis Autolycus prior & secundus, Archippi Amphitryo prior & posterior, & inter Tragicos Euripidis Hippolytus uterque, & Phryxus, ut docuit Casaub. ad Athen. Lib. III. cap. 26. Thesmophoriazusas vero primas & secundas perperam olim inter Criticos veteres Demetrius Troezenius diversas faciebat, cui priores Θεσμοφοριάζουσαι, *festum Cereris celebrantes*, posteriores Θεσμοφοριάσασαι, *quae festum Cereris celebrarunt*, inscribendae videbantur, cum altera fabula prioris tantum emendatio seu cura secunda fuerit, non vero diversum drama. vide eumdem Casaub. ad Lib. I. cap. 23. cujus hac de re observationem totam, iisdem verbis transscriptam, suam fecit S. Petitus Lib. I. Miscell. cap. 13. unde non opus est cum Cel. Fabricio in Indice Comoed. Aristoph deperditarum, titulum hujus fabulae inscribere Θεσμοφοριάζουσαι *sive* Θεσμοφοριάσασαι. neque melius Schottus in Catalogo fragmentis praemisso, Θεσμοφοριάζουσαι, *Feminae Cereris festum celebrantes.* Θεσμοφοριάζουσαι δευτέραι, *secundae, quae Cerealia celebrarunt.* nam in altero praestitisset cum Demetrio, Θεσμοφοριάσασαι. Sed simplici titulo inscribendae sunt Θεσμοφοριάζουσαι, & Θεσμοφοριάζουσαι δευτέραι, quia prioris dramatis tantum δευτέραι Φροντίδες fuerunt Thesmophoriazusae secundae, quae interciderunt, inter quarum fragmenta id quod in hac collectione ex Clemente Alex. & Polluce primum obtinet locum, de mundo & ornatu muliebri, admodum insigne est, & cujus versibus depravatis ingeniose emendandis Salmasius aliique optimam collocarunt operam. vide Trilleri Observ. Critic. cap. XV. pag. 408. Recte vero de Aristophanis Heniocho dubitat Coddaeus, quo nomine Comoediam scripsit quidem Menander, sed non Aristophanes, cum cujus fabula forte confusum fuit Comici Heniochi nomen, cujus fragmenta nonnulla habet Hertelius pag. 598. & seqq. & dramata ejus recenset Fabricius Bibl. Gr. Lib. II. cap. 22. pag. 764. qui proinde in Catalogo Comoediar. deperd. pro Ἡνιόχῳ apud Pollucem Lib. X. Segm. 119. scribendum censuit ἢ Νιόβῃ. ut a viris doctis illic restitutum est. neque eam ceteris adnumerat Meursius. Male tamen Aristophanis Αὐλόλυκον idem Coddaeus suspicatur potius Eupolidi tribuendam, cum Erotiani & Scholiastae loca a Meursio in Bibl. Attic. exhibita doceant Aristophani fabulam hanc adserendam esse: a quo in seriem Comoediarum deperditarum etiam conjectae sunt Σίσυφοι, ex Scholiaste ad Vesp. vs. 74. quas

in

in hac collectione omisit Coddaeus. Sed & alio modo in titulis Comoediarum Aristophanis, quae interierunt, peccatum aut haesitatum fuit. Nam quod in Indice earum occurrant Δράματα, ἡ Νιόβη, ut apud Pollucem d. l. & Segm. 166. 185. tamquam titulus hic ab auctore fuisset inditus, *Fabulae, vel Niobe*; sciendum est, ne id alicui inponat, verissimam esse maximi in his rebus arbitri Casauboni observationem ad Athen. Lib. VII. cap. 14. fabulas olim quasdam Aristophanis, aut ei saltem adtributas, saepe praeter proprium sibi titulum communi Δραμάτων titulo a Criticis fuisse laudatas, vel etiam simpliciter adferri Aristophanem ὁι Δράμασιν, sine ulla Comoediae ipsius mentione adjecta aut expressa. non enim a Poëta ipso sic nominatae fuerant, sed a Criticis, qui illius fabulas recensuerant, earumque didascalias confecerant; & quatuor olim Fabulae inter Aristophanicas fuerunt, Niobe, Centaurus, insulae, Poësis, de quarum vero auctore dubitabant, quamquam de Centauro res minus incerta erat. Hae vero quia adjungi & una conpingi solebant veris & genuinis Aristophanis Comoediis, inde quia in unum conjectae fuerunt corpus, nomen iis inditum ΔΡΑΜΑΤΑ. & hinc obtinuit, ut sic laudarentur, Δράματα, ἡ Νιόβη, Δράματα, ἡ Κένταυρος, Δράματα, ἡ Νῆσοι, & ita porro; non vero, quod singulis istis nomen Δραμάτων ut titulum duplicem inscripserit Aristophanes. Quod autem in Indicem Comoediarum deperditarum non relatae sint Aristophanis Ποιήσεις, factum puto, quia Coddaeus eas in Fragmentis adtribuerit Phrynicho vel Eupolidi, permotus auctoritate Pollucis Lib. IX. 31. de quibus Phrynichi Ποιήσεις vide Casaub. ad Athen. Lib. III. cap. 27. Sed quid vetat, quo minus utrumque Poëtam ejusdem tituli Comoediam scripsisse statuamus? Saltem Aristophanis Ποιήσεις olim exstitisse, clare indicant verba Scholiastae ad Aves vs. 1297. si connectantur cum iis, quae ex alia Comici fabula Περιαγγῇ adfert: sic enim ille, δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ὁι Περιαγγεῖ. Χρηστὸν μὲν γὰρ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον· λέγει δὲ ὁι Ποιήσεις ὁ αὐτὸς, ὡς ἡ τοῦ ἀλέκτορος αὐτῷ ἐσπυδακότος. ubi audiendum opinor Meursium, in titulo alterius dramatis emendantem, ὁι Περιαλγεῖ, *vehementer dolente*, non Περιαγγεῖ. Idem quoque dicendum de Aristophanis Πόλεσι, e quibus Coddaeus fragmenta nonnulla exhibet, sed ita ut Philyllio tribuendas conjiciat, quas in suo Catalogo omisit Schottus, & Meursius, qui recte inter dramata Philyllii eas recensuit Lib. V. Biblioth. Attic. p. 1590. quamvis enim fluctuet Athenaeus, dum uno in loco vel Philyllio vel Phrynicho vel Aristophani adscribit, alibi tamen sine ulla haesitatione laudat Φιλύλλιον ὁι Πόλεσι. & sic Polluci tribus quatuorve locis sine alterius auctoris indicio, Lib. VII. Segm. 108. & 110. & Lib. X. 58. 126. vide Casaub. ad Athen.

Lib.

Lib. III. cap. 9. circa fin. ubi nomen Philyllii indubitata emendatione reſtituit Clementi Alexandr. apud quem mendoſe dicitur Φιλύδε. nec melius Φιλύλι in Codicibus Pollucis, aliterque etiam confunditur ſaepe cum Phyllio, vel Philyrio. vid. Jungerm. ad Polluc. Lib. VII. 10. Segm. 32. Kuhnium ad Lib. X. 14. Segm. 58. Cl. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plutum pag. 57. & Kuſter. ad Aves vſ. 1568. Eupolidis etiam Πόλεις ab Athenaeo, Polluce, aliisque ad partes ſaepe vocari, ex Indice ejus dramatum apud Meurſium & Fabricium conſtat. vid. Caſaub. ad Athen. Lib. IX. cap. XI. unde notanda eſt non levis hallucinatio Interpretis Pollucis ad Lib. II. cap. 4. Segm. 77. qui vertit *Eupolidis librum de Urbibus.* non aliter ac ſi ſimile fuiſſet Stephani Byzantini Operi de Urbibus, quum drama poëtae Comici fuiſſe, vel unicum illud inſigne doceat fragmentum, in quo emendando Salmaſius, Jungermannus, & Kuhnius valde laborarunt ad ejusdem Pollucis Lib. X. cap. 53. Segm. 192. In eodem Comoediarum Catalogo his Fragmentis praefixo advertit me alterius Fabulae deperditae titulus, ita a Schotto exhibitus, Σκηναὶ καταλαμβάνουσαι, *Tentoria incautos opprimentia.* quae verba ne ſagaciſſimus quidem aruſpex divinando adſequetur, aut explicabit, quid ſint *tentoria, quae incautos opprimant.* quod cum abſurdum deprehenderent, addiderunt cum aſteriſci ſigno, *quidam* Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι, *tentoria ſibi deſignantes.* Neſcio quos intellexerint per illos *quosdam.* Sed id ſcio, primum Caſaubonum ad Athen. Lib. IV. cap. 20. optime monuiſſe ſic inſcribendum eſſe Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι, *mulieres locum ad tentoria ſua occupantes.* ut σκηνὰς καταλαμβάνειν dicuntur, qui locum tentoriis ſuis defigendis occupant in foro ac viis publicis. quotieſcumque igitur apud Pollucem, Athenaeum, Heſychium, aliosque laudatur hoc drama, inſcribendum Ἀριστοφάνης δὲ Σκηνὰς καταλαμβανούσαις, non ἐν Σκηναῖς. vide Mauſſac. ad Harpocration. in δήμαρχος. & Hemſterh. ad Polluc. Lib. X. cap. 19. Segm. 67. ubi conjicit Ariſtophanem in hac fabula perſtrinxiſſe turbas & diſcurſus mulierum, quae ſcenas erant occupaturae, aliaque eo ſpectantia inmiſcuiſſe. Perperam quoque Coddaeus fragmentum illud unicum ex Κόραις, Διέφθορας τ' ὄγκον ἡμῶν; tamquam a ſolo Ammonio in διέφθας) ſervatum exiſtimavit, quum producatur etiam a Moſchopulo in Sylloge Diction. Atticarum, cujus locum habet Graevius ad Luciani Soloeciſt. p. 733. & quod intempeſtiva emendatione inſcribendum eſſe cenſuerit ἐν Ὥραις, id merito rejecit Valckenarius tamquam temerarium, quia Ammonius plures verſavit libros, quorum ne nomen quidem apud alios offendas: licet in Indice Auctorum, a Scholiaſte Ariſtophanis laudatorum, in fine editionis Kuſteri, nulla inveniantur fragmenta ex Κόραις Ariſtophanis. Quid-

* * * *

quid

quid sit, ad idem forte drama, ex quo Ammonius & Moschopulus illud fragmentum adferunt, conjicere liceret, spectasse etiam ῥῆσιν illam, in hac Fragmentorum collectione omissam, quam ex deperdita sed incerta Aristophanis Comoedia idem habet Ammonius in ὑπάγειν, Ἐγὼ δ' ὑπαίρω τ' ὄρκον. ubi verissime Valckenarius in egregiis suis Animadv. Lib. II. cap. 15. p. 219. emendat, Ἐγὼ δ' ὑπερῶ τ' ὄρκον, *Ego vero praeibo verba jurisjurandi.* Ad Ὥρας autem Aristophanis quod adtinet, (quo titulo fabulam Anaxilae, vel Anaxilai, memorat etiam Suidas in μᾶλλον) in iis introductos fuisse Deos tempestatum anni auctores, eosque inter Aeolum, qui Athenienſibus minabatur, posse se per breve tantum tempus flantem omnem iis felicitatem adimere, notat Casaub. ad Athen. Lib. IX. cap. 3. pag. 406. Sed si liceat in argumentis deperditarum Comoediarum divinandis liberiore conjectura, ut certe licet, uti, forte Horas inscripsit Comicus, quia Athenienses eas colebant ut Numina, unde & moris apud illos annui erat, pompam Soli & Horis simul ducere, iisque sacrificare. vid. Cel. Hemsterh. ad Scholiast. Pluti pag. 390. vel potius, quia Horarum maxima erat observatio coenae gratia, unde & servos ὡρολογιδὰς sive προδείπνους habebant, qui coenae horam adnuntiabant, ut ipse observat Casaub. ad Athen. Lib IX. cap. 17. Argumentum igitur fabulae fuerit forte in parasitos esurientes, quibus venter solarium est, ut in versibus Plauti apud Gellium Lib. III. cap. 3. sive quibus stomachus suo tempore epulis inhians horam coenae admonet: quo facit elegantissimum Menandri fragmentum ex Ὀργῇ, quod adfert Scalig. ad Manil. pag. 229. ubi prolato ex Aristophanis Γηρυτάδῃ fragmento docet jam illius tempore & serius horologia fuisse in Graecia, horasque in iis notatas & conputatas, ne coenae condictae deessent. licet dissentiat ab eo Salmas. ad Solin. pag. 446. & 447. qui fragmentum illud ex Γηρυτάδῃ longe aliter etiam constituit & emendat. Id vero certum, Cratini Ὥρας, a Polluce, Suida, Harpocratione, aliisque saepe laudatas, valde diversas fuisse ab his Aristophaneis, quas tamen iis similes statuisse videtur Coddaeus; nam illarum titulus fuit Πυλαίαι Ὧραι. ut idem docet Casaub. ad Lib. IX. cap. 4. Nescio etiam unde Coddaeus inter deperditas Comoedias retulerit Fabulam ἐν Ταύροις, & inde apud Fabricium recensetur Comoedia Σκύθαι, ἢ Ταῦροι: nam, ut omittam, quod ab aliis notatum est, versum ex fictitio illo dramate prolatum a Polluce Antiphani adscribi, a nullo veterum, quod sciam, Aristophanis Tauri laudantur. Originem errori forsitan dederint corrupta Hesychii verba, ut olim legebantur in excusis codicibus, quibus Canterus vel Coddaeus usi fuerunt; perperam enim in voce ᾠ γὼ ἀκάνθαι edebatur vulgo, ᾠ ἐν Δράμασιν ἥκει Ταύρῳ. sed verissime emendari jussit

Meur-

Meurſius in Biblioth. Attica, ἢ ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. illa vero Comoedia aliquando ἐν Κενταύροις audit, ut apud Polluc. Lib. VIII. Segm. 24. unde ex vitioſa iſta ſcriptura conflari etiam potuit titulus ἐν Ταύρῳ vel ἐν Ταύροις. Similiter inter ſpuria Comici noſtri dramata referendae ſunt Φιάλαι, pro quibus apud Harpocrationem e Suida recte idem Meurſius Νεφέλαι repoſuit, quod extra omnem dubitationem facit non tantum vox ξυσὶς, de qua uterque agunt, ſed & verſus ipſe a Suida prolatus, qui nunc legitur in Nubibus vſ. 70. Male tamen a Meurſio in cenſum Ariſtophanis Comoediarum relatae ſunt Βοηθοὶ, quae Ariſtomeni tribuuntur a Scholiaſte ad Acharn. vſ. 3. ubi ex iis adfert partem verſus, ita ut apud Suidam & Phavornium quoque exſtat, ſed quem notavit Kuſterus integrum produci a Macrobio, in cujus ed. Londin. 1694. male pro Βοηθοῖς legitur Μύθοις. Sic & aliae Ariſtomenis & Ariſtophanis Fabulae fuerunt confuſae: nam ex hac Fragmentorum collectione eliminandae ſunt Γόητες, quas a Polluce adſcribi Ariſtomeni notat Caſaub. ad Athen. VII. 9. & vide Mauſſac. ad Harpocrat. in Φοείνης, qui de utraque hac Ariſtomenis fabula illic meretur legi, & Reineſ. Lib. III. Var. Lect. 3. cujus verba adpoſita ſunt in notis ad Polluc. VII. 211. ubi pariter Ariſtomenes ἐν Γόησι quum laudatur, in Cod. MS. Falkenb. Ariſtophanis nomen male exhibetur. Perperam quoque Coddaeus pro Ariſtophanis Διοναυάγῳ, *Jove naufrago*, conjicit legendum Διονύσῳ. pro quo alii praeferunt Διονυσίῳ. illud enim Ariſtomenis ejusdem drama eſſe videbis apud Caſaub. ad Athen. Lib. XIV. cap. 17. & Jungerm. ad Polluc. Lib. III. Segm. 150. qui tamen apud eumdem Lib. X. Segm. 33. ubi Ariſtophanes ἐν Διοναυάγῳ laudatur, Antiphanis nomen ſubſtituendum ſuſpicatur, & in epigraphe fabulae Kuhnius corrigendum cenſebat δὶς ναυάγῳ, *bis naufrago*, quod licet acutum laudet Cel. Hemſterhuſius, recipere tamen merito dubitavit. ſimiliter Archippi Ναύαγον & Ποίησιν male ad Ariſtophanem a nonnullis relatas fuiſſe indicat Meurſ. in Biblioth. Attica. Quod autem Berglerus in notis ad Veſpas vſ. 9. exiſtimet Ciceronem Lib. II. de Legg. cap. 15. illis verbis: *Novos vero Deos, & in his colendis nocturnas privigilationes, ſic Ariſtophanes, facetiſſimus Poëta veteris Comoediae, vexat, ut apud eum Sabazius & quidam alii Dii peregrini judicati e civitate ejiciantur*, reſpicere ad quamdam Comoediam deperditam, quod & Turnebus illic notavit, in dubium vocari poſſit, an non eumdem illum e Veſpis locum in animo habuerit, cum Sabazium Deum, ſeu Bacchum, ridiculi cauſſa vocet, & de barbaro ac peregrino deo interpretetur Scholiaſtes. Ciceronem tamen arbitror reſpexiſſe potius ad locum in Avib. vſ. 874. ubi Scholiaſtes de Sabazio

adfert Comici noſtri fragmentum ἐν Ὥραις; Τὸν Φρύγα, τὸν αὐλητῆρα, τὸν Σαβάζιον. Fruſtra vero in his Fragmentis quaeras illud, quod ex Euſtathio ad Homer. Il. A. p. 148. ed. Rom. profert Bergler. ad Thesmoph. init. Πύθι χελιδὼν πῆνικ' ἄπια φαίνεϑ'. eumdemque apud Harpocrationem in ἄπια verſum exſtare notavit. ubi vide Mauſſacum. neque hic invenias illud quod ex Comoedia incerta profert Scholiaſtes, & ex eo Berglerus, ad Equit. vſ. 137.

Ὥμην δ' ἐγὼ τ' Κυκλοβόρον καπέναι.

notatque Scholiaſtes Cycloborum Atticae torrentem eſſe. omiſſum hic etiam video fragmentum illud ex Cocalo, quod exſtat apud Harpocrat. in πώμαλα,

Λοιδορία τὶς ἐγένεϑ' ὑμῖν πώμαλα
Οὐδὲν εἶπον ὑδενί.

quod collocandum eſt poſt fragmentum quartum ex Suida in πώμαλα exhibitum. penultimum vero ex eadem Fabula ſic concinnavit Kuhnius ad Polluc. VII. Segm. 162.

—— κοφίνους δὲ λίϑων
Ἐκέλδυες ἡμᾶν ὅπη τὸν κέραμον.

longe aliter, ac in Fragmentorum collectione editum eſt. Similiter inter fragmenta ex Λημνίαις duo deſiderantur, ex Meurſii Bibliotheca Attica ſupplenda, quorum unum habetur apud Suidam in ψαμμοκοσιογάργαρα, ubi ex Lemniis Comici noſtri hic occurrit verſus,

Ἀνδρῶν ἐπάκτων πᾶσα γάργαρ' ἑστία.
Viris externis tota abundat domus.

quem eodem modo adfert Phavorinus in illa voce: ſed apud Scholiaſtem ad Acharn. vſ. 3. recte legitur πᾶσα γάργαρ' ἑστία. licet in editione Kuſteriana γάργαρ' ἑστία. Ceterum pro ἐν Λημνίαις apud Scholiaſtem ad d. l. habetur ἐν Λίμναις, apud Suidam Λήμναις, ſed apud Phavorinum Λεμνίαις. quod propius accedit ad veram lectionem Λημνίαις, ut e Meurſio notavit Kuſter. ad Suid. & Ariſtoph. ſic apud Pollucem VII. 31. 139. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λήμναις εἴρηκε τὴ ναυφύλαξ. ubi in MSS. Λίμναις. ſed recte Kuhnius Λημνίαις. non enim dubitare debebat Jungermannus, an Λημνίαι & Λίμναι alia eſſent dramata, quum tantum diverſa codicum ſit ſcriptura. ut apud Ammonium in Τύραννον pro Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις in vett. Edd. ἐν Λιμνίαις haberi notavit Cel. Valckenarius. Ex iisdem Lemniis fragmentum quartum e Suida ſic exhibet haec Canteriana collectio:

Τὼ' χρατῆρ' Δαίμονα, ἢ νῦν θερμὸς ἐϑ' ὁ βωμός.

ſed

sed quem versum sesquipedalem melius in duo hemistichia disposuit Meurs. in Bibl. Attica,

—— —— τὴν κρατίστην δαίμον', ἥτις
Νῦν θεσμός ἐσθ' ὁ βαμός. —— ——

alterum ex iisdem Lemniis de Doriallo, in Hesychii loco indicatum, apud quem pro Δοξύλλα correxit Δοριάλλα, his quoque fragmentis inserendum est,

Αἱ μὴ γυναῖκες τ' Δοριάλλον φάγωσι.

qui exstat etiam apud Scholiast. ad Ranas vs. 519. porro locum ex Tageniistis neglexerunt Collectores horum fragmentorum respici a Scholiaste ad Equit. vs. 642. ἐνικῶς δὲ ἔτος ἐν Ταγηνισταῖς εἶπεν ἀφήν. ἐν ἄλλοις δ' ἀεὶ πληθυντικῶς τὰς ἀφύας. versum enim, quem in animo habebat, servatum debemus Athenaeo Lib. III. pag. 96. Ἄλις ἀφύης μοι· ὀψαρτύσαμεν γὰρ τὰ λιπαρά. quem tamen a Scholiaste Comici ad Acharn. 640. aliter adferri monuit Berglerus, quippe qui ὀψαρτύσαμεν γὰρ ἐσθίων habet; sed illum eo modo a Scholiaste isto produci, quo saepe Grammatici veteres suis verbis adjectis, vel contra omissis auctorum ipsorum verbis, eorum χρείας corruperunt, servata tantum sententia, videbis apud Casaub. ad Athen. Lib. III. cap. 16. quemadmodum fragmentum ex Babyloniis, quod est apud Ammonium in χολάδες (non σχολάδες)

Ἢ βοϊδαείων τις ἀπέκλεινε ζεῦχ[ος]
Χολίκων ὀπθυμόν.

a Moschopulo etiam adferri, sed voce ζεῦχος omissa, notat Celeberrimus Valckenarius. pro Ἢ βοϊδαείων Coddaeus vel Canterus, vetustas Ammonii editiones secuti, Ἢ βοηδαείων dederunt. Iidem quoque Grammatici, quando loca ex deperditis Comoediis indicant tantum, mentionem facientes rei, de qua agatur, non autem verba ipsa proferentes, ingeniosis virorum doctorum conjecturis locum dederunt versus ipsos divinandi: quale est illud, cujus ex Aristophanis Amphiarao indicium facit Hesychius, quod in hoc quoque fragmentorum syntagmate praeteritum fuit: φησὶ δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ θυγατέρα εἶναι Ἰασοῦς. unde versum, quem innuit Grammaticus, ita constituendum ex persona Amphiarai filiam Jasō sic adloquentis; Ἀλλ', ὦ θύγατερ, ἐλεξά τοί σοι πρόμυθον, conjecit Cel. Hemsterhusius ad Plutum pag. 233. Denique quam necesse esset illi, qui cum cura fragmentis his operam suam collocare vellet, singula Auctorum ipsorum loca, unde producta notantur, conferre, & ex iis vitiosa & corrupta castigare, unico tantum, ut innumera taceam, defungar exemplo ex nostri Phoenissis, epigraphe a Tragicis deducta, ut saepe Comici solebant Tragoediarum titulos suis Fabulis inscribere,

bere, & ſoccis aptare argumenta cothurni, ſive joci cauſſa, ſive ut cachinnis exponerent illarum Tragoediarum auctores, unde veroſimile fit, hoc dramate Ariſtophanem perſtrinxiſſe Phoeniſſas Euripideas; eodem modo ut in Polyido traduxiſſe Sophoclis Tragoediam pari titulo in ſcena exhibitam, obſervat idem Hemſterh. ad Polluc. Lib. IX. cap. 8. Segm. 130. Primum igitur, quod de Phoeniſſis Ariſtophanis in hac Canteriana ſylloge occurrit fragmentum ex Athenaeo, tale eſt,

Ἔχε τ' πρῶτον πάντων ἴφυα φῦναι,
Εἶτ' ἐξῆς τὰς χραναὰς ἀκαλήφας.

ſed ſi Athenaeum ipſum inſpiciamus Lib. III. cap. 12. pag. 90. ubi de ἀκαλήφῃ marina intelligit, videbimus hoc modo proferri; Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις ὅπως. ἔχε, τὸ πρῶτον πάντων & ſeqq. quae ſic diſtinguit Caſaubonus, Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις· ὅπως. ἔχε τὸ πρῶτον &c. diſtinguendum tamen & legendum quis opinetur, Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις ὅπως ἔχῃ, vel potius ὅπως ἔφη, ut ἔφε ſcripſerit librarius, quomodo ubique fere locis poëtarum adductis Athenaeus praemittit, ὅπως ἔφη, ὅπως φησὶ, vel ſim. Forte igitur initium fragmenti conſtituendum eſt, ita ut ab ipſo Athenaeo profertur Lib. II. pag. 62. ubi de planta accipit,

Τὸ πρῶτον πάντων ἴφυα φῦναι,
Εἶτ' ἐξῆς τὰς χραναὰς ἀκαλήφας.

ut verba depingant hominem ex iracundia ſubita primo incaleſcentem ac tumidum, ſeu ἴφυα vel bulbos gignentem, ſed deinde ἀκαλήφας, ſive urticas producentem, hoc eſt aſperiora minantem, ut χραναὰς ἀκαλήφας dicat, quomodo in Veſpis vſ. 879. Καὶ παυσάμενος τ' δυσκολίας Ἀπὸ τ' ὀργῆς Τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι. quae optime vertit Berglerus, *Et depoſita aſperitate ab iracundia ſua demat urticam.* hoc eſt, ut in notis exponit, *ab ira mordacitatem & aſperitatem demat.* Quod vero illic Scholiaſtes pro Ariſtophane in Phoeniſſis laudet Cratetem in cognomine dramate, ubi ἀκαλήφης mentionem faciat, & ex illo loco Meurſius Crateti Phoeniſſas adtribuerit in Biblioth. Attica, non adſentiebatur Cel. Duckerus in volumine MS., quo continebantur ejus notata ad Fragmenta Scriptor. Graecor. & praecipue Poëtarum, unde hoc mecum communicavit amiciſſimus Roëllius, ac proinde vel Comici noſtri nomen ſubſtituendum, vel pro Κράτης legendum Στράττις putabat; non enim ex uno iſto Scholiaſtae loco ſtatui poſſe Cratetem auctorem eſſe dramatis, cui Φοινίσσαι inſcriptae fuerint, arbitrabatur. quod ultimum praeferendum opinor, quia vulgatae veſtigia propius premit. Certe Strattidis Phoeniſſas a Suida, Polluce, aliisque

ſaepe

saepe laudari, patebit ex Indice Fabularum illius Comici, quem digesserunt eruditae & laboriosae manus Casauboni ad Athen. Lib. VII. cap. 23. & Joh. Meursii in Biblioth. Attic. Lib. VI. pag. 615. Quoniam vero de hoc ipso Aristophanis fragmento egregia ejusdem Duckeri observatio, quam inseruerat notis suis ad Equites vs. 420. in hac editione cum innumeris aliis, me invito, omissa est, coronidis loco eam hic subjiciam: „ Verba „ Aristophanis e Phoenissis ita laudat Athenaeus Lib. III. pag. 90. Ἔχε „ τὸ πρῶτον πάντων ἵφυα φῦναι· Εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. Suidas in „ ἀκαλήφη· Εἰκὸς δή πε πρῶτον ἁπάντων φύα φῦναι, Καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. „ Kusterus putat anapaestica esse, & ita ordinat, —— ἵφυα φῦναι Εἰκὸς „ δή πε πρῶτον ἁπάντων Καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. Mihi in his nihil videtur „ tentandum: nam quod Athenaeus ait εἶθ' ἑξῆς, suspicionem ingerit, „ non cohaesisse inter se haec fragmenta. nam illa εἶτα ἑξῆς, plerumque „ dici solent, cum significatur, quibusdam interjectis ea quae sequuntur „ fuisse scripta. Quia tamen Athenaeus etiam Lib. II. pag. 62. eamdem „ φησιν, sed omissis illis, quae sunt in principio, ἔχε τὸ, ex Aristophanis „ Phoenissis adfert, iisdem verbis adjectis, dubito an potius illa sint poë- „ tae quam Athenaei: quod si est, multo minus tentandus est is ordo, „ quem volebat Kusterus apud Scholiast. ad Vesp. vs. 879. laudatur Cra- „ tes Φοινίσσαις, qui de ἀκαλήφῃ egerit. Credo legendum esse Ἀριστοφάνης· „ nam nec Cratetem Phoenissas scripsisse invenio, & Aristophanem in „ Phoenissis de ἀκαλήφῃ egisse, constat e Suida h. v. & Athenaeo d. l. „ ubi & Casaubonus videtur in hoc Scholiastae loco pro *Crates* legisse „ *Aristophanes*. Propius quidem ad vulgatam illius loci scripturam con- „ veniret Στρατ̃ις Φοινίσσαις. nam & Strattin Φοινίσσαις scripsisse, ex Athe- „ naeo & Polluce constat. Sed quia de ἀκαλήφῃ nullum hujus testimo- „ nium laudatur, probabilius videtur reponere ibi Ἀριστοφάνης, cujus ver- „ ba Suidas & Athenaeus laudant. Addit Scholiastes de ἀκαλήφῃ mari- „ na egisse Theophrastum ἐν ἑβδόμῳ Φυτικῶν. Theophrastus quidem Lib. „ VII. Hist. Plant. c. 7. agit de herba ἀκαλήφῃ, *urtica*, quae huc non „ pertinet. nec video quomodo ἐν Φυτικοῖς de pisce marino e genere ostreo- „ rum agi potuerit. Sed fuerunt forte in libris de Causis Plantarum, „ qui Φυτικὰ plerumque adpellantur. & potuit propter similitudinem no- „ minis in ejusmodi libro etiam marinam ἀκαλήφην memorare. Kusterus „ apud Suidam recte correxit Φυτικῶν, pro Φυσικῶν, qui error saepe etiam „ in aliis admissus. vid. Meursii Theophrast. pag. 640. Tom. X. Antiq. „ Graec. & Menag. ad Diog. Laërt. V. 46. a quibus etiam hic locus Scho- „ liastae laudatur. " Haec Duckerus. ex quo solo specimine adparet, male illius notis, ipsique adeo Aristophani, consultum fuisse, nimiarum

in-

inpensarum praetextu rescissa & mutilata centesima fere optimarum animadversionum parte, tam ad poëtam ipsum, quam ad ejus Scholiastem, ut constaret prolixius, si pro libata hac parca promulside ac gustu, sobrie & maligne nimis ministrato, integriora & lautiora fercula harum deliciarum cupidis adponerentur.

Sed quia haec & plura similia, quae ad Fragmenta deperditarum Aristophanis Comoediarum observari possent, longius nos avocarent, quam Praefationis ratio pateretur, sufficiant ista levia, ut fateor, & tenuiora specimina, eo instituto a me prolata, ut aliorum eruditam industriam acuerem & excitarem ad majora tentanda ac perficienda, quam quidem Coddaeus collectioni huic Canterianae praestitit, qui promissis uberioribus curis, sed non exhibitis, posteritatem eluſit ac destituit. Praeterquam enim quod plurima in iis passim occurrant loca adfecta, & salutarem periti medici opem, ex fontibus ipsis, unde derivata sunt, petendam desiderantia, non exigua fragmentorum accessione recentata & suppleta adcumulari posse ex ipso Comici Scholiaste, probat Auctorum in Scholiis veteribus laudatorum a Kustero adcurate digestus Index, enotatis amissarum Comoediarum fragmentis apud Scholiastem exstantibus, qui in fine editionis illius conspicitur, & antea a Kustero ipso communicatus erat cum Cel. Fabricio, qui eum Bibliothecae suae Graecae Vol. I. pag. 721. & seqq. inseruit: quibus aliorum auctorum Scholiastae utilissima quoque subsidia conferre poterunt, & Grammaticorum veterum Onomastica vel Lexica, sive edita, sive adhuc nondum publici juris facta, qualia suppeditabit Montfauconii Bibliotheca Coisliniana P. I. pag. 231. 233. & 234. sed longe majori numero excerpenda e Photii Lexico inedito, ex cujus divite promtuario quot Aristophanis deperditarum fabularum fragmenta colligi vel cum editis conparari possint, indicio erit Index Scriptorum in Photii Lexico Graeco inedito laudatorum, quem Miscellaneis suis Criticis & Glossario ad sacros Novi Foederis libros Graeco subjunxit Vir Celeberrimus, & insigne literarum Graecarum decus, Johannes Alberti, qui si Lexicon illud Photianum post exantlatos ad Hesychium labores publicae luci exponeret, duplici beneficio praeclaris meritis accedente orbem literatum sibi devinciret. Speramus igitur & non vanis auguriis vovemus fore, ut inter tot egregios & de Musis Graecis hoc seculo feliciter merentes Viros, quibus patria nostra hodie floret, exoriatur aliquis, qui Fragmentis Aristophaneis augendis, emendandis, & illustrandis seriam adhibeat operam. His interim, Lector benevole, nunc in lucem productis curis Berglerianis, Comicorum Graecorum principi inpensis, & e tenebris atque oblivionis situ adsertis, fruere, ac vale.

Dabam e Santhorstiano, quinto Iduum Aug. CIↃIↃCCLIX.

STE-

STEPHANI BERGLERI

PRAEFATIO.

extum Graecum in hac Editione Ariſtophanis exhibemus ſecundum Editionem majorem, quam Cl. Kuſterus procuravit: ſed diligenter & multis in locis emendatum, adhibitis etiam Editionibus Aldina, Juntina, Farrei, & Brubachii. Ex his editio Farrei, quam ipſe poſſideo, quave ſemper utor, plurimum profuit. Eam non ab Aldina originem trahere, ut caeterae, haud dubiis iisque plurimis indiciis comperi, ita ut inſtar MSti fuerit. Plurima ſane loca primus emendavi & integritati ſuae reſtitui.

Verſionem octo Comoediarum novam, & ut puto perſpicuam, ipſe feci. Caeterarum trium verſiones, partim bonas, partim tolerabiles, retinere viſum eſt. illarum octo verſiones priores plerumque vel fallunt, vel nihil juvant. Friſchlinus pauca intellexit; quae & Comico ſtylo ſatis bene vertit. Sed debuiſſet labore verſificandi ſuperſedere. Florens Chriſtianus paullo plura intellexit; ſed tam obſcurus in plerisque eſt, ut interprete ipſe indigeat. Praeterea huic etiam illud vitium maximum eſt, quod verſibus loquitur & enecat.

* * * * *

In

In Notis nolui peccata interpretum recenſendo eoſque ſtuporis & inſcitiae ſexcenties arguendo ſpatia implere: ut non pauros vidi facere & admirationem captare. Sit aliorum haec gloria. Dedi autem operam, ut neceſſaria & ad rem facientia afferrem. Idque ubi fieri poterat ex Scholiis Graecis; quod & indicavi ſemper; nec exemplum Florentis Chriſtiani ſequi placuit, qui multa habet in ſuis Notis ad conciliandam admirationem & eruditionis reconditae opinionem utiliſſima. Ornatus autem eſt plumis Scholiaſtarum. Plura tamen Scholiaſte deficiente ex propriis obſervationibus contuli. Illud faciendum quam maxime putavi, ut ex Tragicis Poëtis noſter illuſtraretur: ut qui perpetuo ad illos, praeſertim ad Euripidem, reſpiciat, plerumque joci & ridiculi cauſa res & verba traducens; quod ad intelligentiam ſcitu prorſus neceſſarium. Indicem poſtremo Kuſterianum addidimus, quamvis neſciam pluſne proſint an noceant Indices. Hoc ſcio a multis diligentius evolvi Indices, quam ipſos Scriptores.

Lipſiae Cal. Maji MDCCXV.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΠΛΟΥΤΟΣ.

ARISTOPHANIS
PLUTUS.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΑΡΙΩΝ ΟΙΚΕΤΗΣ.
ΧΡΕΜΥΛΟΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ.
ΠΛΟΥΤΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΑΓΡΟΙΚΩΝ.
ΒΛΕΨΙΔΗΜΟΣ.
ΠΕΝΙΑ.
ΓΥΝΗ ΧΡΕΜΥΛΟΥ.
ΔΙΚΑΙΟΣ ΑΝΗΡ.
ΕΤΕΡΟΣ ΑΝΗΡ ΑΔΙΚΟΣ.
ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.
ΓΡΑΥΣ ΦΙΛΗ ΤΟΥ ΜΕΙΡΑΚΙΟΥ.
ΝΕΑΝΙΑΣ.
ΕΡΜΗΣ.
ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΟΣ.

FABULAE HUJUS

PERSONAE.

CARION SERVUS.
CHREMYLUS DOMINUS.
PLUTUS.
CHORUS RUSTICORUM.
BLEPSIDEMUS.
PAUPERTAS.
MULIER CHREMYLI.
JUSTUS VIR.
ALTER INJUSTUS VIR.
SYCOPHANTA.
ANUS, amica adoleſcentis.
JUVENIS.
MERCURIUS.
SACERDOS JOVIS.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΠΛΟΥΤΟΣ.

ACTUS PRIMI

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΚΑΡΙΩΝ, ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

Σ ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ Θεοὶ,
Δῆλον γενέσθαι τοῖς ἀφρονοῦσι δεσπότην.
Ἢν γὰρ τὰ βέλτιστ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ,
Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
Μετέχειν ἀνάγκη τ' θεράποντα τ' κακῶν.
Τῷ σώματι γὰρ οὐκ ἐᾷ τ' κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τ' ἐωσμένον.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. τῷ δὲ Λοξίᾳ,

Ὁ

ARGUMENTUM.

Chremylus fingitur vir pius & justus, sed pauper: qui, animadvertens impios & injustos homines ditari, de unico filio sollicitus, Apollinem consulit, an Filius ille debeat, missis paternis moribus, fieri impius, injustus, improbus, ut sic ditescat. Apollo nihil aliud respondit, nisi ut Chremylus hominem, in quem primum templo egressus incidisset, sequatur, nec relinquat. Quod quamvis nihil ad rem illam pertinere videretur, Chremylus tamen faciendum putavit. & nunc cum servo suo Carione vagatur extra templum post hominem coecum, passibus ambiguis errantem, in quem primum inciderat egressus. Ob id servus Cario, responsi ignarus, stomachatur, herumque insanire putat: ac reprehendere vult; sed timet ne malum accipiat. Iste incipit. Quod autem perpetuo facit Aristophanes, ut seria Tragicorum in Comoediam transferat joci & ridiculi caussâ, praesertim ex Euripide, id hoc loco etiam fecit. In Ione Euripidis, Xuthus, cum esset sine liberis, Apollinem consulit. Cui similiter responsum, ut quem primum templo egressus obvium habuisset, filium sciret esse.

STE-

ARISTOPHANIS

PLUTUS.

SCENA PRIMA.

Senarii Jambici.

CARIO, CHREMYLUS.

CAR. O Jupiter Diique, quam moleſta res eſt
Servum eſſe deſipientis domini!
Si enim optima *quaeque* ſervus dixerit,
Facienda autem non videantur iſta hero,
Participem malorum fieri neceſſe eſt ſervum;
Nam corporis non finit eum, qui *natura* dominus illius eſt,
Jus habere fortuna, ſed illum, qui id emerit.
Atque haec quidem hujuscemodi ſunt. Sed Loxiam,

Qui

STEPHANI BERGLERI

NOTAE AD ARISTOPHANEM.

vſ. 1. Ὡς ἀργαλέον] Videtur alluſiſſe ad Theognidis ſententiam, quae eſt apud illum vſ. 625.

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πάλλ' ἀγορεύειν.

Grave eſt ſapientem apud inſipientes multa loqui. In illam ſententiam & Herodotus Lib. IX. Segm. 16. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῷ ἐν ἀνθρώποισι αὐτῇ, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. *Moleſtiſſimus autem dolor eſt eorum, qui hominibus accidunt, multum ſapere, nec ulla auctoritate praeditum eſſe.* Notum illud Euripidis in Phoeniſſis vſ. 350. Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. *Potentium ineptias tolerare oportet.* ubi plura huc pertinentia, etiam hoc: Δόλε τὸ δ' εἶπας μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ. *Servi hoc eſt quod ais, non loqui quae ſentias.* item: Καὶ τῆτο λυπεῖν, συναισθοῖν τοῖς μὴ σοφοῖς. *Et hoc moleſtum, una deſipere cum deſipientibus.*

Ibid. ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ] Ita & Plato in Protagora ſub initium, & Demoſthenes pro Phormione p. 966. uterque ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Supplendum autem οἱ ἄλλοι, vel ἅπαντες, vel ſimile. Demoſthenes pro Phorm. paullo inferius: μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς. deinde ibidem adhuc inferius: νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας. Idem contra Timarchum p. 273. πρὸς τῶ Διὸς καὶ τῶν θεῶν. qui ibidem p. 271. addit πρὸς τῶ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Sic in aliis. hic in Pluto vſ. 437. Ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοί. In Nubibus vſ. 412. ὦ Ἀθηναῖοις καὶ τοῖς Ἕλλησι.

vſ. 4. Τῶ κεκτημένω] Sic & dominam ſive heram dicit κεκτημένην ſubſtantive, in Eccleſ. vſ. 1118.

vſ. 6. Τὸ σῶμα τῶ γὰρ] Scholiaſtes: οἷον, αὐτὸν ἑαυτῶ τὸ δοῦλον δεῖ κρατεῖν. μάλιστα γὰρ κύριος τὸ σῶματος ἕκαστος ἑαυτῶ. *Quaſi* diceret, *ipſum ſibi ipſi ſervum non finit dominari. maxime enim dominus corporis quisque ſui eſt.* Non poteſt ſervus a domino vapulans dicere quod ille in Nubibus vſ. 1416. Πῶς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα χρὴ πληγῶν ἀθῶον εἶναι, τὸμὸν δὲ μή; καὶ μὴν ἴσον ἐλεύθερος κἀγώ. *Quomodo enim tuum quidem corpus oportet a plagis immune eſſe, meum vero non? equidem natus ſum liber & ego.*

vſ. 7. Ὁ δαίμων] Fortuna. Sophocles in Oedipo Coloneo vſ. 76. τῶ δαίμονος. ubi Scholiaſtes, τῶ τύχης. Vel genius, de quo ad Alciphronem.

vſ. 8. Ἀξία] Sæpe abſolute ſic vocatur Apollo. cum alibi tum apud Euripidem praeſertim in Jone, ad quam Tragoediam hic alludi paullo ante dictum. vide & ad vſ. 8, 10, 11.

Ὅς Θεσπιᾳδεῖ τείποθ' ἡ χρυσηλάτᾳ,
Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτῃ, ὅτι
Ἰατρὸς ὢν ἡ μάντις, ὥς φασιν, σοφὸς,
Μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μ' ἔτ' δεσπότῃ·
Ὅς τις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπῳ τυφλῷ,
Τἀναντίον δρᾶν, ἢ πεφυκ' αὐτῷ ποιεῖν.
Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα·
Οὕτω δ' ἀκολουθεῖ, κἀμὲ πεφυσιάζεν.
Καὶ ταῦτ' ἀπεκεινόμην τὸ πρῶτόν γε δή.
Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔα' ὅπως σιγήσομαι,
Ἢν μὴ φράσῃς, ὅτι τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε,
Ὦ δέσποτ', ἀλλά σοι παρέξω πράγματα·
Οὐ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε.
ΧΡ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἀφελὼν ἔτ' στέφανον, ἵν' λυπῇς πάνυ με,
Ἵνα μᾶλλον ἀλγῇς. ΚΑΡ. Λῆρος· ἐγὼ δ' παύσομαι,
Πρὶν ἂν φράσῃς μοι, τίς ποτ' ἐστὶν ἡ τρόπος·
Εὖνους γὰρ ὢν σοι πυνθάνομαι πάνυ σφόδρα.
ΧΡ. Ἀλλ' ἔγωγε κρύψω· ἔτ' ἐμοῦ γ' οἰκετῶν
Πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον.
Ἐγὼ θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
Κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν. ΚΑΡ. Οἶδά τοι.
ΧΡ. Ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
Καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί. ΚΑΡ. Πείθομαι.
ΧΡ. Ἐπερησόμην οὖν ἐγὼ τὸν θεόν,
Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτῶ τε ταλαιπώρου κεδνὸν
Ἤδη νομίζων ἐκπεποξεῦσθαι βίον·
Τὸν δ' υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνῃ,
Πευσόμην εἰ χρὴ μεταβαλόντα τὸν τρόπον,
Εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδέν,

Ὡς

vs. 9. Ὅς Θεσπιᾳδεῖ] Scholiastes: ἐτραγικεύσατο τῇ φράσει. *Hoc tragice dixit.* Θεσπιᾳδὸς dicitur Cassandra apud Euripidem in Hecuba vs. 677. quae Cassandra apud Aeschylum in Agamemnone vs. 1170. dicit: νῦν ἀμφὶ κωκυτόν τε καχερσαίας ὄχθας ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα. *Jam vero apud Cocytum & Acherusio littore videor vaticinatura mox.* quae loca annotavit & Spanhemius.

Ibid. Χρυσηλάτᾳ] Haec etiam vox supra soccum Comicum. Utitur ea saepe Euripides, in Medea aliquoties.

vs. 8. 10. Τῶ δὲ Λοξίᾳ —— μέμφομαι] Sic & Euripides in Oreste vs. 275. Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι. Herodotus Lib. I. Segm. 91. κεῖται δὲ τὸ μαντήϊον τὸ γενόμενον ἐκ ὀρθῶς Κροίσῳ μέμφεται. προηγόρευε γὰρ οἱ Λοξίης &c.

vs. 11. Ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις] Aeschylus in Eumenidibus vs. 61. Ἀνδρὶ μελίσθων ΛΟΞΙΑΣ μεγασθένης· Ἰατρόμαντις δ' ἐστί. *Ipsi curae sit Loxiae praepotenti. medicovates enim est.* quem locum scivit & Spanhemius. Sunt autem non istae tantum artes Apollinis; sed & aliae duae. de his Plato in Cratylo. & Lucianus in Dialogo Junonis & Latonae. & alibi.

vs. 14. Τἀναντίον δρᾶν] Hoc etiam Euripides in Oreste vs. 932. Τἀναντίον δὲ δράσετ' ἢ δράσαι χρεών. *Contra autem facietis ac facere oportet.*

vs. 21. Στέφανον ἔχοντά γε] Scholiastes: ἔθος τὸν εἰς θεὸν ἀπιόντα στεφανοῦσθαι καὶ ἀνεύθυνον εἶναι. πρὸς τὸ ἔθος ἓν ἀνακομιζόμενοι ἐκ τοῦ μαντείου ἐστεφανηφόρουν. *Mos est ad deos abeuntem coronari & immunem esse. Pro more igitur, redeuntes ex oraculo coronas gerebant.* Sic Creon coronatus ab Oraculo redit apud Sophoclem in Oedipo Tyranno vs. 82. Sic apud Euripidem in Hippolyto The-

Qui vaticinatur è tripode aureo,
Accuſo hac juſta accuſatione: quod cum
Medicus ſit, & vates, ut ajunt, ſapiens,
Atra bile laborantem (*delirantem*) dimiſit *à ſe* herum meum:
Qui ponè ſequitur hominem coecum,
Contra faciens atque eum conveniebat facere;
Nam nos qui videmus, coecos ducimus:
Iſte autem hunc ſequitur, ac me inſuper *ſequi* cogit,
Idque cum ipſe prorſus ne gry quidem reſpondeat.
Quare non poteſt fieri ut taceam,
Niſi dixeris, cur hunc ſequamur tandem,
Here; ſed faceſſam tibi negotium.
Non enim me verberabis, qui coronam habeo.
CHR. Imo, detractâ prius coronâ, ſi mihi moleſtus eris,
Ut magis dolorem ſentias. CAR. Nugae! non enim quieſcam
Priusquam dicas mihi, quis tandem ſit iſte.
Animo namque prorſus benevolo haec interrogo.
CHR. Sed non celabo te *rem;* meorum enim vernarum
Fideliſſimum duco te & occultiſſimum.
Ego cum eſſem vir pius & juſtus,
Inopia laborabam, & pauper eram. CAR. Novi equidem.
CHR. Ceteri autem diteſcebant, ſacrilegi, cauſidici,
Et ſycophantae, & ſceleſti. CAR. Credo.
CHR. Scitatum igitur profectus ſum ad Deum;
Meam quidem, hominis miſeri, fere
Jam exiſtimans exhauſtam vitam,
De filio autem, qui mihi unicus eſt,
Interrogaturus, an eum oporteat, mutatis moribus,
Fieri improbum, injuſtum, omnis honeſtatis expertem:

Ut-

Theſens vſ. 792. ubi videnda Scholia, quae annotavit & Cl. Kuſterus.

vſ. 27. Κλεπτίσατον] Scholiaſtes inter alia: *μυστηριακώτατον, maxime arcanum, taciturnum.* κλέπτειν *celare.* Sophocles in Philoctete vſ. 57. Ὅταν σ' ἱκάνῃ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει λέγειν Ἀχιλλέως παῖς. τόδ' οὐχὶ κλεπτέον. *Quando te interrogabit, quis & unde adſis? dicere* memento: *Achillis ſum filius. Iſtud haud celandum.* Utitur autem hac ambigua voce Noſter ut ſimul furacitatem ſervi indicet. Quod ad vocem attinet, ſcribit Euſtathius p. 867. lin. 61. duplicem ſuperlativi terminationem in ea eſſe, κλέπτιστος, κλεπτίστατος. quemadmodum ὀψοφάγιστος, βλάκιστος, λάγιστος, λάλιστος, augeantur ὀψοφαγίστατος, βλακίστατος, λαγίστατος, λαλίστατος. Adhuc licentius autem formavit Sophocles τολμίστατος in Philoctete vſ. 970. circiter. Utitur voce κλεπτίστατος elegantiſſimus Alciphron Lib. III. Epiſt. 20.

vſ. 32. Ἐπερησόμενος] Herodotus Lib. I. Segm. 174. ἔπεμπον ἐς Δελφούς, ἐπερησομένους τὸ ἀντίξοον.

vſ. 34. Ἐκτετοξεῦσθαι] Herodotus Lib. I. Segm. 214. τὰ βέλεα ἐξετοξεύσθη. Aeſchylus in Eumenidibus vſ. 679. Ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος, ſcil. λόγου. Plato in Theaeteto: ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι. *Tanquam ex pharetra voculas prodigioſas revellentes jaculantur.* p. 83. lin. 40. Ed. B.

vſ. 37. Ὑγιὲς μηδέν.] Syneſius Epiſt. 104. ἦσαν δέ ἔτοι —— οὐδὲν ὑγιές. *Erant autem iſti homines nihili.* Idem Epiſt. 148. ἀνθρώπια —— ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, (ſcil. ὄντα) ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακορρήμονα εἰδότα.

Ὡς τῷ βίῳ τᾶτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν.
ΚΑΡ. Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τ' τεμμάτων;
ΧΡ. Πεύσῃ· σαφῶς γὰρ ὁ θεὸς εἰπέ μοι τοδί·
Ὅτῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιὼν,
Ἐκέλευσε τύτᾳ μὴ μεθίεσθαί μ' ἔλη·
Παίθειν δ' ἐμαυτῷ ξυνακολυθεῖν οἰκάδε.
ΚΑΡ. Καὶ τῷ ξυναντᾷς δῆτα πρώτῳ; ΧΡ. Τυτωΐ.
ΚΑΡ. Εἶτ' ἀ ξυνίης τὸν ὄπνοιαν ἅ θεὸς,
Φράζυσαν, ὦ σκαιότατέ, σοι σαφέστατα,
vſ. 635. Ἐξομμάτωμαι] Haec vox habet duas contrarias ſignificationes; in Oedipo Euripidis ſignificat *oculos elidere*: ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ, ἐξομματοῦμεν· καὶ διόλλυμεν κόρας. *Nos autem Polybi filium humi deprimentes excoecamus: & ei pupillas perdimus.* hunc locum depromſi ex Scholiaſte Euripidis ad Phoeniſſas vſ. 61. Contra apud Aeſchylum ſignificat *illuſtrare, clarum reddere aliquid*; in Prometheo vſ. 498. καὶ φλογωπὰ σήματα ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάδηλα· *& ſigna flammea clariora feci, prius caligine obducta.* Ubi Scholia: τὰς διὰ πυρὸς μαντείας τυφλὰς ὔσας πρὶν, καὶ ἐ φαινομένας, διὰ τὸ μὴ γινώσκεσθαι, βλέψαι ἐποίησα, καὶ εἰς τὸ ἐμφανὲς ἤγαγον καὶ πᾶσιν ὑπέδειξα. In eadem ſignificatione utitur & verbo ſimplici in Supplicibus vſ. 476. ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. *Intellexiſti; clariorem enim rem feci.*

vſ. 636. Παιῶν'] Pro medico accipitur Παιών. Aeſchylus in Agamemnone vſ. 99. Παιών τε γενὲ τῶ δὲ μερίμνης· *ſique medicus hujus ſolicitudinis.*

Ibid. Εὐμενὲς τυχών] Euripides in Danaë vſ. 9. τίν' θεῶν βροτῶν τε πεσυμενὲς τυχών; *quem deorum mortalium-ve ſibi propitium nactus?*

vſ. 639. Ἀναβοάσομαι] Dorice. ut in Nubibus vſ. 1155. βοάσομ' ἄρα τὰν ὑπέρτονον βοάν. Scholiaſtes ad hunc Pluti locum dicit hoc eſſe characterem Tragicum, & affert ſimile exemplum ex Euripidis Oreſte; vſ. 976. ἀναβοάσομαι πατρὶ Ταντάλῳ· qui locus hodie ibi aliter legitur, hoc modo: ἵν' ἐν θεόνοισιν ἀναβοάσω γήροντι πατρὶ Ταντάλῳ· *Ut flebilem clamorem tollam ſeni patri Tantalo.*

Ibid. Εὔπαιδα] Utrumque ſignificat, & bonum filium, & bono patre prognatum.

Vel potius ipſe Plutus. nam ex caeco
Factus eſt oculatiſſimus, habetque jam nitentes pupillas,
Aeſculapio uſus medico propitio.
CHOR. Nuncias mihi voluptatem, nuncias mihi *futuras* exclamationes.
CAR. Licet jam laetari, velitis nolitis.
CHOR. Alta voce laudabo optimi Patris filium, &
Ingens illud mortalibus jubar, Aeſculapium.

SCENA SECUNDA.

MULIER, CARIO.

MUL. Quisnam iſte clamor eſt? Num nunciabit
Aliquid boni? hoc enim cupiens ego dudum
Intus deſideo, hunc expectans.
CAR. Cito, cito, affer vinum, Hera,
Et bibas ipſa; libenter enim admodum hoc facis.
Nam omnia bona uno quaſi faſce comprehenſa tibi fero.
MUL. Ubi ergo ſunt? CAR. Ex illis quae dicam cognoſces mox.
MUL. Age igitur expedi, quicquid dicis, tandem.
CAR. Auſculta igitur, nam ego rem
Omnem a calce usque in caput tibi narrabo.
MUL. Ne quaeſo in caput mihi. CAR. Annon bona ea,
Quae modo evenerunt? MUL. Non res ipſas inquam.
CAR. Etenim ſimulatque pervenimus ad Deum,
Virum ducentes, tunc quidem miſerrimum,

At

vſ. 640. Μέγα βρυτεῖσι] Ex Electra Euripidis, ut inquit Scholiaſtes.

vſ. 641. Ἆρα γ' ἀγγελεῖ] Expreſſit locum Euripidis in Medea, ubi ſimiliter Medeae ſolicitae de eventu venit aliquis nuncius, vſ. 1118. & ſeqq. φίλαι, πάλαι τοι προσμένουσα τὴν τύχην, καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἱ πρεσβεύσονται· καί τοι δέσποιν' ὁρῶ τινὰ τῷ Ἰάσονος σείχουσ' ὀπαδῶν, πνεῦμα τ' ἠρθισμένον· δείκνυσι δ' ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ· *Amicae, dudum equidem praeſtolans eventum fortunae expecto ab illa parte, quo res ſit caſura; ſed video iſtum, qui eſt unus ex Jaſonis miniſtris venientem, ſpiritusque (ejus eſt) concitatus: ſignificat autem ſe aliquid novi mali nunciaturum.*

vſ. 645. Πίῃς] Saepe notat bibacitatem mulierum, maxime in Theſmoph. vſ. 742. ὦ θεσμόταται γυναῖκες, ὦ πατίσταται, καὶ πάντες ὑμεῖς μαχαιρίναι πιεῖν, ὦ μίγα καπύλοις ἀγαθὸν, ἡμῖν δ' αὖ κακόν.

vſ. 650. Ἐκ τῆς πεδάλης] *Totam rem ab imo ad ſummum* metaphora ab homine; Plautus in Epidico: *Contempla Epidice ab unguiculo ad capillum ſummum.* Alias inverſo modo: *a capite ad calcem* dicimus. Horatius: *Candidus & talos a vertice pulcher ad imos.* Notum eſt illud Plauti: *Nec caput, nec pes ſermonum apparet.* Ceterum εἰς τὴν κεφαλὴν σοι eſt mali ominis etiam. Vid. not. ſeq.

vſ. 651. Μὰ δῆτα] In ſequiorem partem acceperat τὸ, ἐς τὴν κεφαλήν σοι. nempe ut ſupra occurrit vſ. 526. ubi vide notata.

vſ. 653. Ἀφικόμεθα] Euripides in Iphigenia Aulidis vſ. 1515. ἴστε γὰρ ἱκόμεθα τ' Διὸς κόρας Ἀρτέμιδός θ' ἁγνᾶς — mox: σὺν παιδ' ἄγοντες· *Poſtquam enim venimus ad Lucum Dianae Jovis Filiae — tuam filiam ducentes.*

Νωῦ δ', εἴ τιν' ἄλλον, μακάριον κ' θὐδαίμονα,
Πρῶτον μὲν αὐτὸν ὑπὲ θάλατταν ἤγομεν·
Ἔπειτ' ἐλεῦμεν. ΓΥΝ. Νὴ Δί' θὐδαίμων ἄρ' ἦν
Ἀνὴρ γέρων ψυχρᾶ θαλάττῃ λούμενος·
ΚΑΡ. Ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἤιμεν ᾧ θεῷ.
Ἐπεὶ δὲ βωμοῖ πόπαπα κ' προθύματα
Καθωσιώθη, πέλανος Ἡφάστῳ φλογί,
Κατεκλίνομεν τ' Πλοῦτον, ὥσπερ εἰκὸς ἦν·
Ἡμῶν δ' ἕκαστος ῥιβάδα παρεκαθύετο·
ΓΥΝ. Ἦσαν δέ τινες κ' ἄλλοι δεόμενοι ᾧ θεῷ;
ΚΑΡ. Εἷς μέν γε Νεοκλείδης· ὃς ὅτι μὲν τυφλὸς,
Κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν·
Ἕτεροί τε πολλοὶ παντοδαπὰ νοσήματα
Ἔχοντες. ὡς δὲ τοὺς λύχνους ἀπεσβέσας
Ἡμῖν παρήγγειλεν καθθύδειν ᾧ θεῷ
Ὁ πρόπολος, εἰπών, εἴ τις αἴσθοιτ' ὄφιν,
Σιγᾷν, ἅπαντες κοσμίως κατεκείμεθα.
Κἀγὼ καθθύδειν οὐκ ἐδυνάμην· ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε, κειμένη
Ὀλίγον ἄπωθεν τ κεφαλῆς τ γραΐδιν,
Ἐφ' ἣν ἐπεθύμουν δαιμονίως ἐφεσπύσαι·
Ἔπειτ' ἀναβλέψας ὁρῶ τ ἱερέα
Τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα, κ τὰς ἰσχάδας,
Ἀπὸ τ τραπέζης τ ἱερᾶς. μετ' τοῦτο δὲ
Περιῆλθε τοὺς βωμοὺς ἅπαντας ἐν κύκλῳ,
Εἴ πῦ πόπανον εἴη π καταλελειμμένον·
Ἔπειτα ταῦθ' ἥιζεν εἰς σάκκαν πυά·
Κἀγὼ νομίσας πολλοῦ ὁσίαν ᾧ πράγματος,
Ἐπὶ τοῦ χύτραν τοῦ τ ἀθάρης ἀνίσταμαι.
ΓΥΝ. Ταλάντατ' ἀνδρῶν, οὐκ ἐδεδοίκεις τ θεόν;

ΚΑΡ.

vſ. 655. Εἴ τιν' ἄλλον] Potuiſſet etiam dicere εἴ τις ἄλλος, ut Euripides in Phoeniſſis vſ. 1536. ὡς μ' ἔσωσας ἄθλιον, καὶ τλήμονʼ εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ· *quam me genuiſti miſerum, & infoelicem, ſi quis alius hominum fuit!* Qui locus & cetera non eſt diſſimilis Comici loco. Ita fuiſſet ſubintelligendum verbum ἐστὶ aut ἦν quod in Euripidis loco extat. Apud Sophoclem deeſſe ſolet vox ἄλλος, ut in Oedipo Coloneo vſ. 1660. ἀνὴρ γὰρ ὃ στενακτὸς, οὐδὲ σὺν νόσοις ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετʼ, ἀλλʼ εἴ τις βροτῶν, θαυμαστός· *Vir enim ille non lugendus, nec morbis gravatus educebatur e vita, ſed, ſi quis mortalium, admirandus.* Vide quae notavi ad Theſmoph. vſ. 1187.

„ vſ. 661. Πέλανος Ἡφαίστῳ φλογί] Πέλανοι nimirum „ igni injici ſolebant, ut adolerentur; quod non ſolum „ ex hoc loco patet, ſed etiam ex Eurip. Ione vſ. 707. „ καλλίφλογα πέλανον ἐν πυρὶ καθαγνίσας· *pulchre ardentem pelanum igne adolens.* καθαγνίζειν enim per εὐφημεῖν dicebatur pro *igne cremare.* Sic apud eundem „ Eurip. in Oreſte vſ. 40. πυρὶ καθήγνισαι δέμας· *corpus „ igne crematum eſt.* Kuſterus."

vſ. 665. Νεοκλείδης] Hunc Neoclidem in Eccleſiaz. non *coecum* dicit, ſed γλαμῶνα *lippum*, duobus locis nempe vſ. 254 & 401.

Ibid. Ὃς ὅτι μὲν τυφλὸς] Similiter Sophocles in Oedipo Tyranno de Tireſia itidem coeco, vſ. 396. ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δʼ ἔφυ τυφλός· *qui in lucro tantum videt, in arte autem eſt coecus.*

vſ. 666. Ὑπερηκόντισεν] Metaphora a ſagittariis. In

Avi-

At nunc felicem & beatum, si quisquam alius,
Primum quidem ipsum ad mare perduximus,
Deinde abluimus. MUL. Nae ille beatus erat,
Homo senex, frigido lotus mari.
CAR. Deinde ad delubrum Dei concessimus.
Postquam autem in ara panes & libamina
Et placentae consecrata essent flamma Vulcani,
In lecto reclinavimus Plutum, uti par erat.
Unusquisque autem nostrum lectulum sibi consarcinabat.
MUL. Aderantne alii etiam opem Dei desiderantes?
CAR. Unus quidem Neoclides; qui est quidem caecus,
At furando facile videntes superat;
Aliique multi omnis generis morbis
Impliciti. Postquam autem extinctis lucernis
Nos jussisset dormire Dei
Minister, edixissetque, ut, si quis sonitum sensisset,
Taceret, omnes placide decubuimus.
Ego autem dormire non poteram, sed me
Quaedam olla pulte referta percellebat, posita
Non procul a capite, erat autem aniculae cujusdam,
Ad quam misere cupiebam adrepere.
Deinde suspiciens, video sacerdotem
Liba rapere & caricas
De sacra mensa. Post haec
Circuibat aras omnes ordine,
Sicubi aliquod panificium esset relictum.
Deinde haec sacro ritu condebat in sacculum aliquem.
Ego autem existimans jam omnino fas esse talia facere,
Ad ollam illam pultis erigor.
MUL. Hominum miserrime! annon veritus es Deum?

CAR.

Avibus vs. 363. *ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς.* Vid. Equit. vs. 655. Diphilus apud Athenaeum Lib. VI. *ἐνταῦθα γὰρ ἔστι τις ὑπερακοντικώς· Verum hic est aliquis, qui superat malitia ceteros.* Aeschylus in Supplicibus vs. 482. *μίασμ' ἐλέξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον· Scelus nominasti non superandum:* ubi Scholia: *ἀνυπέρβλητον.*

vs. 673. Χύτρα] Sic *βολβῶν χύτραν* dixit in Eccles. vs. 1087.

vs. 674. Ὀλίγον ἄπωθεν] Alciphron Epist. 1. *μικρὸν ἄπωθεν τῆ ἀκτῆς.*

Ibid. Τι] Hoc loco est indefinitum pro *τινός*. Edd. omnes τῦ male. deinde *γραῦτι* potius lego.

vs. 675. Δαιμονίως] Potest etiam verti: *mirifice*, nec aliter Alciphron Epist. 29. Lib. I. *ἐρωτικὸς γὰρ ἔστι δαιμονίως· Venereus enim est mirum in modum.*

vs. 677. τὰς φθοῖς] Similiter φθοῖς est & nom. sing. hujus vocis contractus, a φθόϊς, cujus Accus. pl. est φθόϊας, contracte φθοῖς, una syllaba φθοῖς. Glossae: φθόη, *libor, libus.*

vs. 679. Ἐν κύκλῳ] Infra vs. 708. in Vespis vs. 928. *περιπλεύσας τὴν θυείαν ἐς κύκλω.* In eadem aliquoties, & alibi; & sine praepositione ibidem vs. 430. *εἰ δὲ τῷ φθαλμῷ κύκλῳ κεντεῖτε.*

vs. 682. Ὅσια] Hesychius: ὅσιν, θέμις. *fas, licentia.* Vide quae notavi ad Lysistratam vs. 746.

ΚΑΡ. Νὴ τοὺς θεούς ἔγωγε, μὴ φθάσειέ με
Ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθών, ἔχων τὰ τέμαχα.
Ὁ γὰρ ἱερεὺς αὐτῇ με προὐδιδάξατο.
Τὸ ῥαίδιον δ', ὡς ἤδετό μ' ὑ τὸ ψόφον,
Τὴν χεῖρ' ὑφῆρε· κἄτα συείξας ἐγὼ
Ὀδάξ ἐλαβόμην, ὡς παρείας ὢν ὄφις.
Ἡ δ' εὐθέως ἧ χεῖρα πάλιν ἀνέσπασεν·
Κατέκειτο δ' αὐτὴν ἐντυλίξασ' ἡσυχῇ,
Ὑπὸ δ' ἕδος βλέψασα δειμώτερον γαλῆς.
Κἀγὼ τότ' ἤδη τ' ἀθάρης πολλὴν ἔφλων·
Ἔπειτ', ἐπειδὴ μεσὸς ἦν, ἀνεπαυόμην.
ΓΥΝ. Ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσήειν; ΚΑΡ. Οὐδέπω.
Μετὰ τοῦτο δ' ἤδη γ' ὀλοιὸν δῆτά τι
Ἐποίησα. προσιόντ' γὰρ αὐτόν, μέγα πάνυ
Ἀπέπαρδον· ἡ γαστὴρ γὰρ ἐπεφύσητό μου.
ΓΥΝ. Ἦπού σε μᾶλλα τοῦτ' εὐθὺς ἐδελύτλετο·
ΚΑΡ. Οὐκ, ἀλλ' Ἰασὼ μέν τις ἀκολουθοῦσ' ἅμα,
Ὑπηρυθρίασε, χ' ἡ Πανάκεια ἀπεσφάγη,
Τὴν ῥῖν' ὀπλαβοῦσ'· οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω.
ΓΥΝ. Αὐτὸς δ' ἐκεῖνος; ΚΑΡ. Οὐ μὰ Δί' οὐδ' ἐφρόντισεν.
ΓΥΝ. Λέγεις ἄρρικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν;
ΚΑΡ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἀλλὰ σκατοφάγον. ΓΥΝ. Αἰ πάλαι.
ΚΑΡ. Μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν σωκαλυφάμην,
Δείσας· ἐκεῖνος δ' οἰ κύκλῳ τὰ νοσήματα
Σκοπῶν ᾤχετο πάντα κοσμίως πάνυ.
Ἔπειτα παῖς αὐτῷ λίθινον θυείδιον
Παρέθηκε, καὶ δοίδυκα, καὶ κιβώτιον.
ΓΥΝ. Λίθινον; ΚΑΡ. Μὰ Δί' οὐδ' ὁτιοῦν τόγε κιβώτιον.
ΓΥΝ. Σὺ δὲ πῶς ἑώρας, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε,
Ὅς ἐγκεκαλύφθαι φῄς; ΚΑΡ. Διὰ τῶν τειβωνίων·

Ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία.
Πρῶτον δὲ πάντων τῷ Νεοκλείδῃ φάρμακον
Καταπλασὸν ἐπεχείρησε τείβειν, ἐμβαλὼν

Σκο-

vſ. 690. Παρείας] Quaſi dicas: *Bucculentus*. Etymologus: παρὰ τὸ πεφυσιωμένας ἔχειν τὰς γνάθους, ἤγουν τὰς παρείας· αἱ καὶ φάγναι λέγονται· *Quoniam inflatas habet maxillas ſive genas, quae & buccae dicuntur.* (quo in loco pro φάγναι, videtur ſcribendum βάκκαι. Gloſſae: Βακκίωνες, παράσιτοι *Buccones*. Id eſt *Gnathones*, ut in Eunucho Terentii.) Demoſthenes de Corona: τὰς ὄφεις τὰς πάρειας θλίβων· *bucculentos illos ſerpentes premens*. Morſus iſtorum ſerpentum eſt innoxius. Itaque non graviter momordit Cario vetulae manum, ne tumultus exoriretur.

vſ. 692. Ἐντυλίξασ'] In Nubibus vſ. 986. σὺ δὲ τὰς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι.

vſ. 694. Τῆς ἀθάρης πολλήν] Subaudiendum μοῖραν *partem*. In Pace vſ. 166. τ' γῆς πολλήν. in Acharn. vſ. 349. τ' μαζίλης συχνήν. Ex notis Kuſteri.

Ibid. Ἔφλων] Gloſſae: φλᾶν *contundo*, quo ſignificatu occurrit infra vſ. 718. Iſto autem in loco ſignificat *edendo comminuere, conſumere*: ita occurrit & in Pace vſ. 1307. φλᾶν τοῦτα πάντα καὶ σποδεῖν, καὶ μὴ κινᾶς παρέλκειν. Dicunt autem Grammatici φλᾶν & θλᾶν, *fran-*

CAR. Ita certe, ne prius *scilicet*
Ad ollam accederet, cum suis corollis:
Nam sacerdos ejus mihi documento fuerat.
Caeterum anicula cum jam strepitum meum sentiret,
Manum protendebat: ego autem, sibilo edito,
Mordicus eam arripiebam, non secus acsi Parias anguis essem.
Illa vero illico manum retrahebat.
Jacebat autem involuta stragulis quieta,
Prae metu pedens acerbius fele.
Et ego tunc bonam partem pultis consumsi,
Post impletus requiescebam.
MUL. An vero Deus ad vos non accedebat? CAR. Nondum.
Post haec etiam ridiculum quiddam
Feci; nam accedente ipso vehementer admodum
Pepedi, nam venter meus inflatus erat.
MUL. Certe ob hoc *factum* Deus te, credo, statim abominatus.
CAR. Minime. Verum Iaso quaedam, quae ipsum sequebatur,
Erubescebat: & Panacea sese avertebat,
Naribus compressis: nam thus ego non pedo.
MUL. Ipse autem Deus, *quid faciebat*? CAR. Ille certe nihil hoc curabat.
MUL. Dicis ergo rusticum esse hunc Deum?
CAR. Non certe, sed merdivorum. MUL. Hem scelus!
CAR. Post haec, me ipse etiam statim coöpericbam,
Timens. Ille autem circum circa, morbos
Inspiciens, ibat, omnes, modeste admodum.
Deinde puer ei e lapide mortariolum
Apponebat, & pistillum & capsulam.
MUL. E lapide? CAR. Non ipsam capsulam inquam.
MUL. At vero quomodo videbas, homo perditissime,
Quite coöpertum fuisse dicis? CAR. Per attritum meum pallium,
Nam non pauca certe habet foramina.
Primo itaque Neoclidi medicamentum
Ad illinendum *aptum* coepit parare, injectis

Allio-

frangere unum idemque verbum esse, sicut θὴρ & φήρ. unde Latinum *Fera*.

vs. 696. Προσσήειν] Tertiae personae, ut infra etiam vs. 709. προσῄειν. Sic ἤδειν in Pace vs. 1182. ubi Scholiastes: Ἀτλικῶς, ἀντὶ τῦ ἤδη· ὡς τὸ, ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν ἐ προσήειν. Nimirum iste Pluti locus est, quem ibi dicit.

vs. 701. Ἰασοῦ] Conveniens filiae medici nomen ab ἰάομαι. Sicut & Παράκεια ab ἀκέομαι *sano* dicitur.

vs. 703. Οὐ λίθινατὸν βδέω] Diodorus Comicus apud Athenaeum VI. paratum faciens loquentem: ἐπειδὰν δ' ἀποπάσῃ μετά τινος κατακείμενος, πότερα προσάγων τὴ ῥῖνα δεῖ αὐτῷ φράσαι· πόθεν τὸ θυμίαμα πάτερ λαμβάνεις; *Si autem pepederit cum aliquo accumbens, huic admoventem nares oportet dicere: unde istud thus, sive fusfimentum accipis?*

vs. 704. Οὐ μὰ] Eadem in Ranis vs. 490.

vs. 717. Ἐνεχείρησε] Coepit. Glossae: ἐγχειρῶ *conor*. In Acharn. vs. 354. ἐγχειρῆ λέγειν. *Incipe dicere*. Vid. in Nubibus vs. 717.

Ibid. Καταπλάσειν] Quod illini potest, ut fiat emplastrum:

Σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων. ἔπειτ' ἔφλα
Ἐν τῇ θυείᾳ συμπαραμιγνύων ὀπὸν,
Καὶ ὄξινον· εἶτ' ὄξει διέμυζ Σφηττίῳ,
Κατέπλασεν αὐτῷ τὰ βλέφαρ' ἐκτρέψας, ἵνα
Ὀδυρῆτο μᾶλλον. ὁ δὲ κεκραγὼς ᾗ βοῶν,
Ἔφθυ' ἀναΐξας· ὁ δὲ θεὸς γελάσας ἔφη·
Ἐνταῦθα νῦν κάθησο καταπεπλασμένος,
Ἵν' ἐπομνύμενον παύσω σε τὴν ἐκκλησίαν.
ΓΥΝ. Ὡς φιλόπολίς πις ἔοικ' ὁ δαίμων, ᾗ σοφός.
ΚΑΡ. Μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο,
Καὶ πρῶτα μὲν δὴ τὴν κεφαλὴν ἐφήψατο·
Ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν,
Τὰ βλέφαρα ἀπεμόργνυσιν. ἡ Πανάκεια δὲ
Κατεπέτασ' αὐτῷ τῷ κεφαλίῳ φοινικίδι,
Καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον· εἶθ' ὁ θεὸς ἐπόησεν.
Ἐξηξάτην ἓν δύο δρακοντ' ἐν ᾗ νεᾷ,
Ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος. ΓΥΝ. Ὦ φίλοι θεοί.
ΚΑΡ. Τοῦτο δ' ὑπὸ τῷ φοινικίδ' ὑποδὺς ἡσυχῇ,
Τὰ βλέφαρα ἀπελείχον, ὡς γε μοι δοκεῖν·
Καὶ πείν σε κοτύλας ἑκπεῖν οἴνου δέκα,
Ὁ Πλοῦτος, ὦ δέσποιν', ἀνεφθὸς βλέπων·
Ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς,
Τὸν δεσπότην τ' ἤγειρον. ὁ θεὸς δ' ὑθέως
Ἠφάνισεν αὐτὸν, οἴτ' ὄφεις εἰς τὸν νεών.
Οἱ δ' ἐγκατακείμενοι παρ' αὐτῷ, πῶς δοκεῖς,
Τὸν Πλοῦτον ἠσπάζοντο, ᾗ τὴν νύχθ' ὅλην
Ἐξεγόρεσαν, ἕως διέλαμψεν ἡμέρα·
Ἐγὼ δ' ἐπῄνουν τὸν θεὸν πάνυ σφόδρα,
Ὅτι βλέπειν ἐποίησε τὸν Πλοῦτον ταχὺ,
Τὸν δὲ Νεοκλείδην μᾶλλον ἐποίησεν τυφλόν.

ΓΥΝ.

strum: sic χριστὸν ad ungendum aptum: πιστὸν sive πιστὸν vel πιστικὸν (u. πιστικὴ ταφὴ in Euangelio) ad bibendum. Vide etiam notata Clarissimo Barnesio ad Hippolytum Eurip. vs. 515.

vs. 718. Σκορόδων] Haec sane non sunt ἥπια φάρμακα nec mitius collyrium est, quod eidem Neoclidi praescribitur in Eccles. vs. 405. σκόρδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ, τιθύμαλλον ἐμβάλλοντα τοῦ Λακωνικοῦ, σαυτῷ παραλείφειν τὰ βλέφαρα τὴ ἑσπέρας.

Ibid. Τηνίων] Tenos est insula inter Cycladas.

Ibid. Ἔφλα] Vid. supra vs. 694.

vs. 720. Διέμυζ ὄξει] Verbum διέμυζ ut τιθέμυζ, δίημι, unde δίεμαι ὑπομένω, Glossae. Cujus perfectum διειμένος ut τεθειμένος. Alexis: διειμένον ὀξεῖ. quem locum citaverat Cl. Kusterus ex Athenaeo Lib. IV. cap. 21.

vs. 723. Ἀναΐξας] Ed. Farrei ἀνήξας. unde ἀνήξας lego.

vs. 724. Ἐνταῦθα νῦν κάθησο] Sic apud Homerum postquam Ulysses Irum probe contudisset plagis, dicit: ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο. Et apud Aeschylum in Prometheo vs. 82. ille qui Prometheum affixerat Caucaso Scythio, dicit ad eum: ἐνταῦθα νὺν ὕβριζε· quem imitatus est Comicus in Thesmoph. vs. 1030. ubi Scytha dicit ad Mnesilochum, quem cruci affixerat: ἐνταῦθα νῦν οἰμώξῃ.

vs. 727. Πλούτωνι] Sine dubio ὑποκορισικῶς pro Πλούτῳ· & talis formae sunt apud nostrum δειλακρίων & γλισχρῶν in Pace vs. 193. nam Plutum a Plutone distingui patet vel ex Luciano in Timone, ubi Plutus ipse de Plutone loquens introducitur: οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ Πλοῦτων ἀποστέλλῃ με παρ' αὐτοὺς, ἅτε πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν· *Et non Jupiter, sed Pluto mittit me ad illos, utpote qui*

Alliorum Teniorum tribus capitibus: deinde contudit *illa*
In mortario, admiſcens gummi
Et ſcillam: his deinde aceto perfuſis Sphettio
Oblevit ei palpebras extrorſum verſas; ut
Cruciaretur magis. at ille vociferans atque clamans
Exiliens fugit. ipſe autem Deus ridens dicebat:
Hic jam ſede perlitus,
Ut mea opera deſinas intereſſe concioni, poſſisque eam ejurare.
Mul. Quam amans reip. eſt ille Deus, & ſapiens.
Car. Poſtea Pluto aſſidebat.
Et primo quidem caput attrectavit:
Deinde puro ſudario ſumto
Palpebras circumabſterſit: Panacea vero
Obvelavit ei caput purpurea veſte,
Et faciem totam. deinde Deus poppysmum edidit:
Proſiliebant ergo duo ſerpentes e fano
Immani magnitudine. Mul. Dii boni!
Car. Iſti autem poſtquam purpuram tacite ſubiiſſent,
Palpebras circum lambebant, ut mihi quidem videbatur.
Et prius quam tu decem vini ſextarios exhaurires,
Plutus, Hera mea, ſurrexit videns.
Ego autem plaudebam prae gaudio,
Herumque excitabam; at Deus ſtatim
Abſcondit ſe ipſique ſerpentes in fanum.
Qui autem juxta ipſum jacebant, (quantopere exiſtimas)
Plutum amplexabantur, & nocte tota
Vigilabant, donec dies illuceſceret.
Ego autem laudabam Deum vehementer,
Quod cito Plutum feciſſet videntem,
Neoclidem autem magis feciſſet caecum.

Mul.

qui etiam eſt divitiarum & magnorum munerum argitor.

vſ. 729. Ἡμιτύζιον] Scholiaſtes: σκόλιον.

vſ. 733. Δράκοντε] Hippocrates Epiſtola X. narrat, per ſomnum ſibi viſum eſſe Aeſculapium, quem ſerpentes comitati ſint: εἵποντο δὲ αὐτῷ, inquit, δράκοντες· χρῆμα τι ἐκπλῆξαν ὑπερφυές· *ſequebantur eum ſerpentes ingentis magnitudinis.* quorum verborum ſimilitudinem cum Comici verbis vel Neoclides videre poſſit. Nimirum ſi illae Epiſtolae ſunt genuinae, Ariſtophanes Hippocratem imitatus eſt; ſi autem ſuppoſititiae & recentioris alicujus Sophiſtae, illarum auctor Ariſtophanem. Verbum autem ἐξηξάτην quod in hoc verſu occurrit, eſt ab ἀΐσσω quod & ἄσσω ſcribitur, unde Fut. 1. ἄξω, aor. 1. ἦξα. Ita autem ſcribendum non ut Edd. ἐξηξάτην.

vſ. 737. Καὶ πρίν σε] Hic etiam, ut ſupra, vſ. 645. tangit bibacitatem mulierculae.

vſ. 739. Ἐγὼ δὲ] Videtur imitatus Euripidem in Supplicibus vſ. 720. ubi Nuntius itidem ut hic: ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα, κἀνωρχησάμην, κἄκρυσα χεῖρας· *Ego autem exclamavi & exultavi & manus complosi.*

vſ. 742. Πῶς δοκεῖς;] Eſt admirantis. Euripides in Iphigenia Aulidis vſ. 1562. κἀν τῷδε Κάλχας, πῶς δοκεῖς χαίρων, ἔφη· *Tunc Calchas, quanto putas cum gaudio, dixit.* Noſter in Nubibus vſ. 882. κἀκ τῶν σοφῶν βατράχων ἐποίᾳ, πῶς δοκεῖς; In Acharn. vſ. 24. εἶτα κατ.ῦνλαι, πῶς δοκεῖς, ἐλθόντες ἀλλήλοισι.

vſ. 744. διέλαμψεν] In Pace vſ. 304. ἡμέρα γὰρ ἐξέλαμψεν.

ΓΥΝ. Ὅσιω ἔχεις τ̃ δυνάμιν, ὦ ναξ δέσποτα.
Ἀτὰρ φράσον μοι, πῦ ἀθ ὁ Πλῦτος. ΚΑΡ. Ἔρχεται.
ἀλλ' ἦν δεῖ αὐτὸν ὄχλος ὑφφυὴς ὅσος.
Οἱ μὲν δίκαιοι θᾶττερον ὄντες, ὦ βίον
Ἔχοντες ὀλίγον, αὐτὸν ἠσπάζοντο, ὦ
Ἐδεξιοῦνθ' ἅπαντες ὑπὸ τ̃ ἡδονῆς.
Ὅσοι δ' ἐπλούτουν, ὑσίαν τ' εἶχον συχνὴν,
Οὐκ ἐκ δικαίω τ̃ βίον κεκλημένοι,
Ὀφρῦς σιωπῶν, ἐσκυθρώπαζόν θ' ἅμα.
Οἱ δ' ἠκολούθουν κατόπιν ἐστεφανωμένοι,
Γελῶντες, θυφημοῦντες. ἐκτυπεῖτο δὲ
Ἐμβὰς γερόντων θυρύθμοις ποδήμασιν.
ἀλλ' εἶ, ἀπαξάπαντες ἐξ ἑνὸς λόγου
Ὀρχεῖσθε, ὦ σκυτᾶτε, ὦ χορεύετε.
Οὐδεὶς μὲν ἡμῖν εἰσιοῦσιν ἀγγελεῖ,
Ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν οὐ τ̃ θυλάκῳ.
ΓΥΝ. Νὴ τ̃ Ἑκάτην, κἀγὼγ' ἀναδῆσαι βύλομαι
Εὐαγγελιά σ' ὡς κεβανωτῶν ὁρμαθῷ,
Τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα. ΚΑΡ. Μή νυν μέλλ' ἔτι,
Ὡς ἄνδρες ἐγγύς εἰσιν ἤδη τ̃ θυρῶν.
ΓΥΝ. Φέρε νυν, ἵνα ἐσω κομίσω καταχύσματα
Ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.
ΚΑΡ. Ἐγὼ δ' ἀπαντῆσαί γ' ἐκείνοις βύλομαι.

vſ. 756. Ὀφρῦς] Antiphanes Comicus apud Athen. Lib. VI. ἰ δεινόν ἐϛι, προσφάτως μὲν ἂν τύχῃ πωλῶν τις ἰχθῦς, συνάγοντα τὰς ὀφρῦς τὸν τὸν, σκυθρωπάζοντ' ἡμῖν πεῖσαι λέγειν· ἐὰν σαπρὸς δὲ, κομιδῇ παίζειν καὶ γελᾶν· *Annon flagitium eſt, ſi recentes quidem aliquis piſces vendat, eum contrahentem ſupercilia & triſtem vultum prae ſe ferentem nos alloqui; ſi autem putres, eum oppido jocari & ridere?* Vide notata ad Lyſiſtr. vſ. 7.

vſ. 758. Ἐκλυπεῖτο] Euripides in Medea vſ. 1181. ἅπασα δὲ στέγη τυκνοῖσιν ἐκλύπῃ δρομήμασι· *tota vero domus reſonabat frequentibus curſitationibus.* E contrario apud eundem in Oreſte vſ. 140. σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀσφαλὲς τιθεῖτε· μὴ κλυπεῖτε, μήδ' ἔσω κλύπος· *tacite, tacite, tenue veſtigium ſoleae ponite, ne ſtrepite, nec eſto ſtrepitus.*

vſ. 760. Ἐξ ἑνὸς λόγου] Ut ἐξ ἑνὸς κελεύσματος. item ἐξ ἑνὸς συνθήματος. Videri poſſunt Notae meae ad Alciphronis Epiſt. 22. Libri I.

vſ. 765. Εὐαγγέλια] „ Quod Comicus hoc loco dixit „ ἀναδῆσαι εὐαγγέλια· id infra Equit. vſ. 644. vocat „ εὐαγγέλια στεφανοῦν· id eſt *ob nuntium laetum aliquem* „ *coronare.* Ex notis Kuſteri.

ACTUS

MUL. Quantam habes potentiam, ô praepotens Deus!
Sed dic mihi, ubi est Plutus? CAR. Venit.
Verum circa eum erat ingens turba hominum.
Qui enim prius justi fuerant, victumque
Habuerant modicum, ipsum amplexabantur
Salutabantque omnes cum gaudio;
Quicunque autem fuerant divites, opesque multas habuerant,
Et victum sibi injusta ratione acquisiverant,
Supercilia contrahebant, vultumque prae se ferebant tetricum.
Illi autem pone sequebantur, sertis redimiti,
Ridentes, bona verba dicentes. Personabat autem
Calceus senum in numerum compositis passibus euntium.
Sed eja omnes pariter uno ordine
Saltate, tripudiate, choreas ducite.
Nemo enim nobis domum ingressis nunciabit,
Farinam non inesse in sacco.
MUL. Ego etiam, ita mihi Hecate propitia sit, volo coronare
Te ob laetum nuntium panum clibanariorum serie,
Qui talia nunciaveris. CAR. Ne jam cunctéris amplius,
Nam viri jam adsunt prope fores.
MUL. Age nunc jam domum ingressa, afferam missilia
Tanquam recens emptis oculis.
CAR. Ego autem obviam procedere illis volo.

Ibid. Ὁρμαθῷ] Glossae: ὁρμαθὸς, *series* quasi *catena* quaedam, *fascis*, *congeries*. In Lysistrata vs. 650. ἔχω' ὁρμάδων ὁρμαθόν. In Ranis: ἥρπασέν ὁρμαθὸς ἀν' ὑπῶν.

vs. 768. Καταχύσμαλα] Missilia, erant *ficus*, *nuces* & alia bellaria, quibus spargebatur servus in familiam recens introductus, & illa diripiebant conservi. Istorum missilium mentionem facit Demosth. Orat. I. in Stephanum: ἀλλ' αὐτος μὲν ἐκ ὠκησε τὴν δέσποιναν γήμας, καὶ ἃ τὰ καταχύσμαλα αὐτῷ κατέχεε τοῦ' ἡνίκα ἐωνήθη, ταύτην συνοικεῖν· *At non dubitavit dominam ducere uxorem, & habere eam in matrimonio, quae ipsum missilibus perfudit tunc cum esset emptus* (ubi forte leg. ἃ τὰ —— deinde τότῳ) Solebant & aliis occasionibus sparsiones missilium fieri, ut in Nuptiarum solennitatibus. Vid. notata ad vs. 789. Est & κατάχυσμα culinarium in Avibus vs. 535.

vs. 769. Ὀφθαλμοῖς] Praeter expectationem, παρ' ὑπόνοιαν, pro δήλοις posuit ὀφθαλμοῖς. Intelligit autem Pluti oculos; quos πονηρὸς vocat ex contrario; non enim dant pecuniam pro oculis Pluti; verum Pluti oculi restituti pecuniam & opes ipsis dant.

ACTUS TERTII

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΠΛΟΥΤΟΣ, ΧΡΕΜΥΛΟΣ, ΓΥΝΗ.

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον,
Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον,
Χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος, ἥ μ' ἐδέξατο.
Αἰσχύνομαι δὲ τοὺς ἐμαυτῷ ξυμφορᾷ,
Οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον·
Τοὺς ἀξίους δὲ τῆς ἐμῆς ὁμιλίας
Ἔφθην, εἰδὼς ἡδὲν ὁ τλήμων ἐγώ.
Ὡς ἡδ' ἐκεῖν' ἄρ', ἡδὲ ταῦτ' ὀρθῶς ἔδρων·
Ἀλλ' αὖθις πάντα πάλιν ἀναστρέψας ἐγώ,
Δείξω τοιοῦτον πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι
Ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ὑπεδίδουν.
ΧΡ. Βάλλ' ἐς κόρακας· ὡς χαλεπὸν εἶσιν οἱ φίλοι,
Οἱ φαινόμενοι ῥᾳδιοχρῆμ', ὅταν πράξῃ τις εὖ.
Νύττουσι γοῦν καὶ φλῶσι ταὐπικνήμια,
Ἐνδεικνύμενοι ἕκαστος εὐνοιάν τινα.
Ἐμὲ γοῦν τίς ἂν προσεῖπε; ποῖος οὐκ ὄχλος
Περιεστεφάνωσεν οὐ λαμπρᾶς πρεσβυτικός;
ΓΥΝ. Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ σὺ καὶ σὺ χαίρετε.
Φέρε νυῦ, νόμος γάρ ἐστι, τὰ καταχύσματα

Ταυτὶ

vſ. 771. Προσκυνῶ] Adorat ſive ſalutat *Solem*, cujus lucem longo poſt tempore jam videt, ut ſolemus amicos ſalutare: deinde & *terram* Atticam quae eum quaſi hoſpitio excipiat. In Equitibus vſ. 156. τὴν γῆν πρόσκυσον.

vſ. 772. Κλεινὸν πέδον] Euripides in Ione vſ. 30. ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα κλεινὰν Ἀθηνῶν, οἴσθα γὰρ θεᾶς πλοῦν· *Profectus ad indigenam populum inclytae urbis Athenarum, ſcis enim Deae urbem.* Sophocl. in Ajace vſ. 868. κλειναὶ τ' Ἀθῆναι. Gaudebant etiam Athenienſes, ſi eorum urbs vocaretur λιπαραὶ Ἀθῆναι. Vid. Acharn. vſ. 639.

vſ. 773. Κέκροπος] Cecrops primus & praecipuus eſt illorum, qui ἐπώνυμοι vocabantur, a quibus decem Tribus denominabantur: imo & tota regio ſive populus Atticus, ab illis, qui nobiliores erant ex iſtis, cognomen accipiebat; ita φυλὴ Κεκροπίς in Avibus vſ. 1408. Κεκροπίδης ipſe populus Athenienſis in Equitibus vſ. 1051. Quod autem hic dicit: Παλλάδος κλεινὸν πέδον χώραν τε Κέκροπος; id in Nubibus vſ. 299. dixit hoc modo: χθόνα Παλλάδος εὐανδρον, γᾶν Κέκροπος πολυήρατον.

vſ. 774. Αἰσχύνομαι] In Equitibus vſ. 1349. αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.

vſ. 782. Βάλλ' ἐς κόρακας] Sic & in Nubibus vſ. 133. in Veſpis vſ. 841. Factus autem eſt nimis delicatus jam Chremylus noſter πεπλεῖος, qui cum eſſet antea, ut ceteri Agricolae, τῷ πονεῖν ἑρπυσης, nunc vice verſa, nec nimias amicorum gratulationes patienter ferre poteſt.

vſ. 784. Φλῶσι ταὐπικνήμια] Adulatores, ut ſuis regibus gratum facerent, ſolebant illis genua etiam fricare. Hinc apud Plautum in Aſinaria Act. III. Sc. III. vſ. 80. cum ſervus blanditiis & adulationibus vellet a ſe

SCENA TERTIA.

Senarii Jambici.

PLUTUS, CHREMYLUS, MULIER.

PL. Et quidem primum saluto solem,
Deinde almae Palladis inclytum solum,
Omnemque Cecropis regionem, quae me excepit.
Pudet autem me fortunae meae.
Hem cum hujusmodi hominibus fui imprudens!
Illos autem, qui digni erant meo consortio,
Fugitavi, omnium rerum ignarus, ego miser.
Quam non recte feci & hoc & illud!
Sed his omnibus in contrarium conversis
Ostendam deinceps omnibus hominibus, quam
Non volens meipsum improbis tradiderim.
CHR. Facesse in malam rem: quam molesti sunt amici,
Qui statim apparent protinus cum quis prospera utitur fortuna,
Fodicant, tibias fricant,
Declarantes benevolentiam quandam.
Nam me quis non salutavit? quanta autem turba
Senum in foro me non circumdedit!
MUL. Charissime Vir, & tu & tu salvete.
Age nunc, moris enim est, Bellaria.

Isthaec

se impetrari argentum, quod hero promiserat, inter alia dicit: *Atqui pol hodie non feres, ni genua fricantur.* Cui herus: *Quidnis egestas imperat; fricentur;* qui mox delusus dicit: *Furcifer etiam me delusisti?* cui servus: *Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.* Hoc officium erat quandoque necessarium, si vel *femina invasissent in genua lassitudine.* ut loquitur Plautus in Epidico Act. V. Sc. II. vs. 5.; vel ardore ignis φῶδες atque papulae essent exortae; senibus maxime, qui tempore hyberno nunquam satis accedere ad ignem & ibi morari sessitando possunt, si tibiae ipsis vel semitostae sint. In Equitibus etiam Aristophanis, Adulator populi personae dat medicamentum ad inungenda τὰ 'ν τοῖσιν ἀντικνημίοισιν ἐλκώδεα. Chremylum etiam nostrum fricationis officio demereri studuerunt amici quidam, sed is eorum nimio studio offensus, dicit: *νύττεσι καὶ φλῶσι τἀντικνήμια· pungunt & frangunt tibias.* at illi tantum *fricuerant* περιέψηκαν· sed ita est ingenium fastidiosorum hominum, obtundi se statim putant. Locum hunc egregie imitatus est Plautus in Captivis Act. III. Sc. II. *Ubi quisque vident, eunt obviam, gratulanturque eam rem: ita me miserum restitando retinendoque lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam.* Putares hominem ex mediis fluctibus maris cupide emersisse, & ereptum esse.

vs. 786. Τίς ἐ] Euripides in Rheso vs. 401. τίς γάρ σε κήρυξ ἢ γερυσία Φρυγῶν ἐλθὼν' ἀμύνειν ἐκ ἐπίσκηψιν πόλει; *Quis enim praeco aut quae legatio Phrygum non venit & te opem ferre jussit?*

vs. 789. Φέρε νῦν] Scholiastes supra ad vs. 768. adducit similem locum Theopompi: φέρε σὺ τὰ κατακύσματα ταχέως κατάχεε τῶ νυμφίω καὶ τῇ κόρῃ· *Age tu, missilia cito sparge in sponsum & sponsam.* Vide notata ad locum illum.

Ταυτὶ καταχέω σε λαβοῦσα. ΠΛ. Μηδαμῶς·
Ἐμοῦ γ' εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν
Πρώπτα, μὴ βλέψαντος, ἥδεν ἐκφέρειν
Πρεπῶδές ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰσφέρειν.
ΓΥΝ. Εἶτ' οὐχὶ δέξῃ ταῦτα τὰ καταχύσματα;
ΠΛ. Ἔνδον γε φλαῦρ' ἢ ἑτέραν, ὥσπερ νόμος.
Ἔπειτα μὴ 'κφύγωμεν ἄν.
Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τοῖς διδασκάλοις,
Ἰαχάδα μὴ τραγάλια τοῖς θεωμένοις
Προβαλόντ', ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν.
ΓΥΝ. Εὖ πάνυ λέγεις· ὡς δὲ Ξένικος ἑτοὶ
Ἀνίσθ', ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰαχάδας.

ACTUS QUARTI

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΚΑΡΙΩΝ.

Ὡς ἡδὺ πρᾶξαι, ὦ νεᾶνι, ἐς τὸ εὐδαιμόνως,
Καὶ ταῦτα μηδὲν ἐξενεγκόντ' οἴκοθεν.
Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
Ἐπεισπέπαικεν ἥδεν ἠδικημένοις.
Οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι.
Ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων·
Οἱ δ' ἀμφορῆς, οἶνος μέλας ἀνθοσμίου.
Ἅπαντα δ' ἡμῖν χρυσίου καὶ ἀργυρίου
Τὰ σκεύεα πλήρη 'στίν, ὥστε θαυμάσαι.

Τὸ

vſ. 796. Φίξλον] *Ineptias.* In Pace vſ. 748. τοιαῦτ' ἀστλῶν κακὰ καὶ φίξλον, καὶ βωμολοχευμαῖ' ἀγαννῆ. *Talia poſtquam detraxit mala & ineptias & ſcurrilitates ignobiles.*

vſ. 797. Οὐ γὰρ] Dicit quidem & hic, & in Veſpis vſ. 58. ſe nihil projicere ſpectatoribus; tamen id facit in Pace vſ. 1033. τοῖσι θεαταῖσι ῥίπτε τι κριθῶν. Sed ſolens eſt Comicus in iſtis levior, & multa, quae in aliis Comicis, ſuis aemulis, reprehendit, ipſe alibi committit; ut oſtendam ad Parabaſin in Nubibus, & ad Parabaſin in Pace. Et alibi.

vſ. 800. Ὡς δὲ Ξένικος] Omnino videtur legendum Δεξίνικος, ut Cl. Kuſterus in quodam MS. invenit.

vſ. 802. Ὡς ἡδὺ] Plautus in Captivis Act. III. Sc. II. *Quid ſuavius quam bene rem gerere?* Narrat ſervus quantis bonis cumulaverit Plutus Chremyli domum. Eſt autem hic Cataſtrophe dramatis & rerum mutatio; nam boni deinceps ditescunt, mali ad paupertatem rediguntur, vidente jam Pluto.

vſ. 803. Μηδὲν ἐξενεγκόντα] Illud repetit quod Plutus dixerat paullo ante: ſe in domum ingrediente nihil exportandum eſſe ſed importandum.

vſ. 804 Ἀγαθῶν σωρὸς] Achilles Tatius Lib. VI. ἦκω σοι φέρων ἀγαθῶν σωρόν· Synetius Epiſt. 94. ἀγαθῶν ἐσμὸν dixit.

vſ. 805. Ἐπεισπέπαικεν] *Vi ſe intulit.* Xenarchus apud Athenaeum Lib. II. Ἀλλάσσῃ τ' εἰσπέπαικ' ἐς Πελοπιδῶν ἀσυλον οἶκον· *Peſtisque nervis languorem afferens ingruit in Pelopidarum domum.* Scholiaſtes: εἰσπηδήσαν· *inſiliit,* in-

Isthaec accipio & te iis perfundam. PL. Nequaquam.
Me enim ingrediente in domum
Primum, & jam vidente, nihil efferre
Decet, sed potius inferre.
MUL. Itaque non accipies haec missilia?
PL. Intus apud focum, uti mos est.
Deinde ineptias vitabimus.
Non enim decet Poëtam
Caricas, & bellaria Spectatoribus
Projicere, & istis cogere ut rideant.
MUL. Bene omnino dicis: nam Xenicus iste
Surrexit, quasi rapturus caricas.

SCENA PRIMA.

Senarii Jambici.

CARIO.

CAR. Quam suave est, ô viri, divitem esse,
Praesertim si nihil domo extuleris.
Nobis enim bonorum acervus in domum
Irruit, nulla licet injuria quenquam affecerimus.
Sic scilicet ditescere jucundum est *demum*.
Panarium quidem plenum est alba farina.
Amphorae autem vino rubro fragranti:
Argento & auro omnia nobis
Vasa plena sunt, adeo ut mirari subeat.

Puteus

invasit, irrupit, ut est in Glossis. Scholiastes addit: ἐπὶ δὲ ἐπὶ στρατιᾶς πολεμίων· *proprie de irruptione hostili*: etiam de illis qui invocati se ingerunt in convivia extat proverbium: Μυκηνίων δίκην εἰσπίπτειν εἰς τὰ συμπόσια. Dicit ergo Plutum cum suis bonis, tanquam cum hostili exercitu ipsis ingruisse (Virg. *ingruit Aeneas Italis & praelia miscet*) Hoc vere est κατιὼν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, ut est in Avib. vs. 735. *Laborare & premi multitudine bonorum*: ita Chremylus paullo ante dicebat, cum multi benevolo animo *fricuissent* ipsi leviter genua, eos sibi tibias *compugisse & contudisse*.

Ibid. Οὐδὲν ἠδικηκότι] Duplex est sensus; primo iste: *quamvis non laeserimus ipsum nec alium quenquam, tamen tali modo in nos irruit, & nos oppressit*: deinde & iste: *quamvis nemini injuste bona sua abstulerimus, tamen supra modum facti sumus divites*. Cum alii plerique multa bona possideant ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι, ut loquitur supra vs. 503. sive ut vs. 755. ἐκ τῶν ἀδίκων τὸ βίον κεκτημένοι. Lucianus hunc locum imitatus est in Timone, ubi iste dicit: χρυσὸν ἄρτι τοσοῦτον λήψομαι, οὐδὲν ἀδικήσας· *tantum auri subito acceptarus sum, cum nemini fecerim injuriam*. Sed ibi alia de causa inique secum agi dicit Timo, si Plutus ipsi obtrudatur invito; nempe, quia potiorem ducebat paupertatem divitiis.

vs. 806. Οὕτω] Ironice: Tam suave est ut fere pereamus.

Ταυτὶ καταχέω σε λαβοῦσα. ΠΛ. Μηδαμῶς·
Ἐμοῦ γ' εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν
Πρώπτα, μὴ βλέψαντος, ἥδεν ἐκφέρειν
Πρεπῶδές ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰσφέρειν.
ΓΥΝ. Εἶτ' οὐχὶ δέξῃ ταῦτα τὰ καταχύσματα;
ΠΛ. Ἔνδον γε φλαῦρ' ἢ ἑτέραν, ὥσπερ νόμος.
Ἔπειτα μὴ 'κφύγωμεν ἄν.
Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τοῖς διδασκάλοις,
Ἰαχάδα μὴ τραγάλια τοῖς θεωμένοις
Προβαλόντ', ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν.
ΓΥΝ. Εὖ πάνυ λέγεις· ὡς δὲ Ξένικος ἑτοὶ
Ἀνίσθ', ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰαχάδας.

ACTUS QUARTI

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΚΑΡΙΩΝ.

Ὡς ἡδὺ πρᾶξαι, ὦ νεᾶνι, ἐς τὸ εὐδαιμόνως,
Καὶ ταῦτα μηδὲν ἐξενεγκόντ' οἴκοθεν.
Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
Ἐπεισπέπαικεν ἥδεν ἠδικημένοις.
Οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι.
Ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων·
Οἱ δ' ἀμφορῆς, οἶνος μέλας ἀνθοσμίου.
Ἅπαντα δ' ἡμῖν χρυσίου καὶ ἀργυρίου
Τὰ σκεύεα πλήρη 'στίν, ὥστε θαυμάσαι.

Τὸ

vſ. 796. Φίξλον] *Ineptias.* In Pace vſ. 748. τοιαῦτ' ἀστλῶν κακὰ καὶ φίξλον, καὶ βωμολοχευμαῖ' ἀγαννῆ. *Talia poſtquam detraxit mala & ineptias & ſcurrilitates ignobiles.*

vſ. 797. Οὐ γὰρ] Dicit quidem & hic, & in Veſpis vſ. 58. ſe nihil projicere ſpectatoribus; tamen id facit in Pace vſ. 1033. τοῖσι θεαταῖσι ῥίπτε τι κριθῶν. Sed ſolens eſt Comicus in iſtis levior, & multa, quae in aliis Comicis, ſuis aemulis, reprehendit, ipſe alibi committit; ut oſtendam ad Parabaſin in Nubibus, & ad Parabaſin in Pace. Et alibi.

vſ. 800. Ὡς δὲ Ξένικος] Omnino videtur legendum Δεξίνικος, ut Cl. Kuſterus in quodam MS. invenit.

vſ. 802. Ὡς ἡδὺ] Plautus in Captivis Act. III. Sc. II. *Quid ſuavius quam bene rem gerere?* Narrat ſervus quantis bonis cumulaverit Plutus Chremyli domum. Eſt autem hic Cataſtrophe dramatis & rerum mutatio; nam boni deinceps ditescunt, mali ad paupertatem rediguntur, vidente jam Pluto.

vſ. 803. Μηδὲν ἐξενεγκόντα] Illud repetit quod Plutus dixerat paullo ante: ſe in domum ingrediente nihil exportandum eſſe ſed importandum.

vſ. 804 Ἀγαθῶν σωρὸς] Achilles Tatius Lib. VI. ἦκω σοι φέρων ἀγαθῶν σωρόν· Synetius Epiſt. 94. ἀγαθῶν ἐσμὸν dixit.

vſ. 805. Ἐπεισπέπαικεν] *Vi ſe intulit.* Xenarchus apud Athenaeum Lib. II. Ἀλλάσσῃ τ' εἰσπέπαικ' ἐς Πελοπιδῶν ἀσυλον οἶκον· *Peſtisque nervis languorem afferens ingruit in Pelopidarum domum.* Scholiaſtes: εἰσπηδήσαν· *inſiliit,* in-

Isthaec accipio & te iis perfundam. PL. Nequaquam.
Me enim ingrediente in domum
Primum, & jam vidente, nihil efferre
Decet, sed potius inferre.
MUL. Itaque non accipies haec missilia?
PL. Intus apud focum, uti mos est.
Deinde ineptias vitabimus.
Non enim decet Poëtam
Caricas, & bellaria Spectatoribus
Projicere, & istis cogere ut rideant.
MUL. Bene omnino dicis: nam Xenicus iste
Surrexit, quasi rapturus caricas.

SCENA PRIMA.

Senarii Jambici.

CARIO.

CAR. Quam suave est, ô viri, divitem esse,
Praesertim si nihil domo extuleris.
Nobis enim bonorum acervus in domum
Irruit, nulla licet injuria quenquam affecerimus.
Sic scilicet ditescere jucundum est *demum*.
Panarium quidem plenum est alba farina.
Amphorae autem vino rubro fragranti:
Argento & auro omnia nobis
Vasa plena sunt, adeo ut mirari subeat.

Puteus

invasit, irrupit, ut est in Glossis. Scholiastes addit: ἐπὶ δὲ ἐπὶ στρατιᾶς πολεμίων· *proprie de irruptione hostili*: etiam de illis qui invocati se ingerunt in convivia extat proverbium: Μυκηνίων δίκην εἰσπίπτειν εἰς τὰ συμπόσια. Dicit ergo Plutum cum suis bonis, tanquam cum hostili exercitu ipsis ingruisse (Virg. *ingruit Aeneas Italis & praelia miscet*) Hoc vere est κατιὼν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, ut est in Avib. vs. 735. *Laborare & premi multitudine bonorum*: ita Chremylus paullo ante dicebat, cum multi benevolo animo *fricuissent* ipsi leviter genua, eos sibi tibias *compugisse & contudisse*.

Ibid. Οὐδὲν ἠδικηκότι] Duplex est sensus; primo iste: *quamvis non laeserimus ipsum nec alium quenquam, tamen tali modo in nos irruit, & nos oppressit*: deinde & iste: *quamvis nemini injuste bona sua abstulerimus, tamen supra modum facti sumus divites*. Cum alii plerique multa bona possideant ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι, ut loquitur supra vs. 503. sive ut vs. 755. ἐκ τῶν ἀδίκων τὸ βίον κεκτημένοι. Lucianus hunc locum imitatus est in Timone, ubi iste dicit: χρυσὸν ἄρτι τοσοῦτον λήψομαι, οὐδὲν ἀδικήσας· *tantum auri subito acceptarus sum, cum nemini fecerim injuriam*. Sed ibi alia de causa inique secum agi dicit Timo, si Plutus ipsi obtrudatur invito; nempe, quia potiorem ducebat paupertatem divitiis.

vs. 806. Οὕτω] Ironice: Tam suave est ut fere pereamus.

Τὸ φρέαρ δ' ἐλαίᾳ μεστόν· αἱ δὲ λήκυθοι
Μύρῳ γέμουσι· τὸ δ' ὑπερῷον, ἰχάδων.
Ὀξὶς δὲ πᾶσα, κἀ λοπάδιον, κἀ χύτρα,
Χαλκῆ γέγονε. τὰς δὲ πινακίσκους τὰς σαπρὰς,
Τὰς ἰχθυηρὰς, ἀργυρᾶς πάρεσθ' ὁρᾷν.
Ὁ δ' ἱππὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.
Σπατῶσι δ' οἱ θεράποντες ἀρπάζομαι
Χρυσοῖς· ἀπῳώμεθα δ' ἀ λίθοις ἔτι,
Ἀλλὰ σκορόδοις ὑπὸ τρυφῆς ἐκάστοτε.
Καὶ νυῦ ὁ δεσπότης μ' ἔνδον βεβυτεῖ
Ὑν' ἀ τράγον ἀ κριὸν ἐστεφανωμένον·
Ἐμὲ δ' ἐξέπεμψεν ὁ καπνὸς· οὐχ οἷός τε γὼ
Ἔνδον μένειν ἦν· ἔδακνε γὼ τὰ βλέφαρά μου.

ACTUS QUARTI

ΔΙΚΑΙΟΣ, ΚΑΡΙΩΝ.

Ἔπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον, ἵνα πρὸς τὴν θύραν
Ἴωμεν. ΚΑΡ. Ἔα, τίς ἔτ' ὁ πρωσιὼν ἑστώς;
ΔΙΚ. Ἀνὴρ πρότερον μ' ἄθλιον, νυῦ δ' εὐτυχής.
ΚΑΡ. Δῆλον, ὅτι τι χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ.
ΔΙΚ. Μάλιστ'. ΚΑΡ. Ἐπεῖτα γε δή. ΔΙΚ. Πρὸς τὴν θύραν
Ἥκω· μεγάλων γάρ μου 'στὶν ἀγαθῶν αἴτιος.
Ἐγὼ γὰρ ἱκανὴν οὐσίαν πρώην γε πατρὸς
Λαβὼν, ἐπέσχον τοῖς δεομένοις τι φίλων,
Εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.
ΚΑΡ. Ἦπού σε ταχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα.
ΔΙΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν. ΚΑΡ. Οὐκοῦν μὲ ταῦτ' ἦλθ' ἄθλιον;
ΔΙΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν· κἀγὼ μὲν ᾤμην, ὡς τέως
Εὐηργέτησα δεομένους, ἕξειν φίλους

Or-

vs 813. Ὀξὶς] Acetabula dicit esse facta aerea. Atqui melius erat alias res in aes converti, quibus ex aere factis uti possumus; nam acetabula statim aeruginem sive rubiginem aeream contrahunt, si sint ex aere facta, & infundatur acetum. Paullo post etiam dicit τὸ ἐπὶν esse factum eburneum; per quam vocem sive *furnum* intelligat, sive *laternam*, nam utrumque illa significat, non nimiam felicitatem praedicat; nam & furnus utilior est caementitius aut ferreus, & laterna cornea pellucidior. Etiam puteum *oleo* impletum esse dicit; aqua ergo aliunde quaerenda erit. Videtur autem alludere ad fabulam Midae, cui omnia in aurum convertebantur, etiam quae minime voluisset, cibus & potus.

vs. 818. Ἀπῳώμεθα] Delicatissimum fastidium; nam allio jam abstergent culum, quod antea esitare solebant; non lapidibus. Solitos autem fuisse tunc lapidibus

Puteus oleo plenus: ampullae
Unguento pretioso refertae sunt: coenaculum, caricis.
Acetabula omnia, & patellae, & ollae,
Aereae jam sunt. tabellas vero illas putidas
Piscarias illas *inquam*, argenteas jam videre est,
Furnus autem nobis repente factus est eburneus.
Nos autem famuli ludimus par impar stateribus
Aureis. nates autem detergimus non lapillis amplius,
Sed semper alliis, prae luxuria.
Et nunc herus quidem meus intus immolat
Suem & hircum & arietem coronatus;
Me autem exire compulit fumus; nec enim poteram
Intus manere, nam palpebras mihi mordebat.

SCENA SECUNDA.

JUSTUS, CARION.

JUST. Sequere me puer ut ad Deum
Eamus. CAR. Eja, quis iste est, qui huc accedit.
JUST. Homo prius quidem miser, nunc autem fortunatus.
CAR. Apparet è numero bonorum te esse.
JUST. Maxime. CAR. Quid itaque vis tibi? JUST. Ad Deum istum
Venio; nam is mihi magnorum bonorum est causa.
Ego enim cum substantiam satis amplam à patre mihi relictam
Accepissem, succurrebam amicis, si qui opem meam desiderarent,
Existimans hoc in vita esse utile.
CAR. Itaque certe cito te defecit pecunia.
JUST. Omnino. CAR. Ergo postea miser eras scilicet?
JUST. Omnino. Et ego quidem arbitrabar, quibus interea
Bene fecissem indigentibus, eos me habiturum amicos

Vere

bus tergere podicem patet ex Comico nostro in Pace vs. 1229. Ubi Scholiastes adducit proverbium istud: τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι, ἂν ὦσι τραχεῖς· ἂν δὲ λεῖοι τέτταρες· *tres ad tergendum podicem sufficiunt lapides, si asperi fuerint; si autem laeves, quatuor.* Cujus proverbii meminerunt alii etiam.

vs. 831. Ἐπῄρκουν] *Suppeditabam.* Euripides in Hecuba vs. 970. τί χρὴ τὸ τῶν πράσσοντα, μὴ πράσσειν εὖ φίλοις ἐπαρκεῖν; ὡς ἕτοιμος εἰμ' ἐγώ· *Quid oportet fortunatum infortunatis amicis praestare? nam ego sum paratus.* Alludit uterque ad proverbium: κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

vs. 834. Ἀθλίως] In genere *aerumnosum* significat; sed quia pauperes tales sunt, τὸ, ἄθλιον εἶναι opponitur, τῷ, πλουτεῖν, ut in Eccles. vs. 590.

vs. 835. Κομιδῇ] Glossae: πάνυ, *perquam, valde, admodum, oppido, nimis.* a κομίζω *cure.*

Τὸ φρέαρ δ' ἐλαίᾳ μεστόν· αἱ δὲ λήκυθοι
Μύρῳ γέμουσι· τὸ δ' ὑπερῷον, ἰχάδων.
Ὀξὶς δὲ πᾶσα, κἀ λοπάδιον, κἀ χύτρα,
Χαλκῆ γέγονε. τὰς δὲ πινακίσκους τὰς σαπρὰς,
Τὰς ἰχθυηρὰς, ἀργυρᾶς πάρεσθ' ὁρᾷν.
Ὁ δ' ἱππὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.
Σπατῶσι δ' οἱ θεράποντες ἀρπάζομαι
Χρυσοῖς· ἀπῳώμεθα δ' ἀ λίθοις ἔτι,
Ἀλλὰ σκορόδοις ὑπὸ τρυφῆς ἐκάστοτε.
Καὶ νυῦ ὁ δεσπότης μ' ἔνδον βεβυτεῖ
Ὑν' ἀ τράγον ἀ κριὸν ἐστεφανωμένον·
Ἐμὲ δ' ἐξέπεμψεν ὁ καπνὸς· οὐχ οἷός τε γὼ
Ἔνδον μένειν ἦν· ἔδακνε γὼ τὰ βλέφαρά μου.

ACTUS QUARTI

ΔΙΚΑΙΟΣ, ΚΑΡΙΩΝ.

Ἔπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον, ἵνα πρὸς τὴν θύραν
Ἴωμεν. ΚΑΡ. Ἔα, τίς ἔτ' ὁ πρωσιὼν ἑστώς;
ΔΙΚ. Ἀνὴρ πρότερον μ' ἄθλιον, νυῦ δ' εὐτυχής.
ΚΑΡ. Δῆλον, ὅτι τι χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ.
ΔΙΚ. Μάλιστ'. ΚΑΡ. Ἐπεῖτα γε δή. ΔΙΚ. Πρὸς τὴν θύραν
Ἥκω· μεγάλων γάρ μου 'στὶν ἀγαθῶν αἴτιος.
Ἐγὼ γὰρ ἱκανὴν οὐσίαν πρώην γε πατρὸς
Λαβὼν, ἐπέσχον τοῖς δεομένοις τι φίλων,
Εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.
ΚΑΡ. Ἦπού σε ταχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα.
ΔΙΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν. ΚΑΡ. Οὐκοῦν μὲ ταῦτ' ἦλθ' ἄθλιον;
ΔΙΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν· κἀγὼ μὲν ᾤμην, ὡς τέως
Εὐηργέτησα δεομένους, ἕξειν φίλους

Or-

vs 813. Ὀξὶς] Acetabula dicit esse facta aerea. Atqui melius erat alias res in aes converti, quibus ex aere factis uti possumus; nam acetabula statim aeruginem sive rubiginem aeream contrahunt, si sint ex aere facta, & infundatur acetum. Paullo post etiam dicit τὸ ἐπὶν esse factum eburneum; per quam vocem sive *furnum* intelligat, sive *laternam*, nam utrumque illa significat, non nimiam felicitatem praedicat; nam & furnus utilior est caementitius aut ferreus, & laterna cornea pellucidior. Etiam puteum *oleo* impletum esse dicit; aqua ergo aliunde quaerenda erit. Videtur autem alludere ad fabulam Midae, cui omnia in aurum convertebantur, etiam quae minime voluisset, cibus & potus.

vs. 818. Ἀπῳώμεθα] Delicatissimum fastidium; nam allio jam abstergent culum, quod antea esitare solebant; non lapidibus. Solitos autem fuisse tunc lapidibus

Puteus oleo plenus: ampullae
Unguento pretioso refertae sunt: coenaculum, caricis.
Acetabula omnia, & patellae, & ollae,
Aereae jam sunt. tabellas vero illas putidas
Piscarias illas *inquam*, argenteas jam videre est,
Furnus autem nobis repente factus est eburneus.
Nos autem famuli ludimus par impar stateribus
Aureis. nates autem detergimus non lapillis amplius,
Sed semper alliis, prae luxuria.
Et nunc herus quidem meus intus immolat
Suem & hircum & arietem coronatus;
Me autem exire compulit fumus; nec enim poteram
Intus manere, nam palpebras mihi mordebat.

SCENA SECUNDA.

JUSTUS, CARION.

JUST. Sequere me puer ut ad Deum
Eamus. CAR. Eja, quis iste est, qui huc accedit.
JUST. Homo prius quidem miser, nunc autem fortunatus.
CAR. Apparet è numero bonorum te esse.
JUST. Maxime. CAR. Quid itaque vis tibi? JUST. Ad Deum istum
Venio; nam is mihi magnorum bonorum est causa.
Ego enim cum substantiam satis amplam à patre mihi relictam
Accepissem, succurrebam amicis, si qui opem meam desiderarent,
Existimans hoc in vita esse utile.
CAR. Itaque certe cito te defecit pecunia.
JUST. Omnino. CAR. Ergo postea miser eras scilicet?
JUST. Omnino. Et ego quidem arbitrabar, quibus interea
Bene fecissem indigentibus, eos me habiturum amicos

Vere

bus tergere podicem patet ex Comico nostro in Pace vs. 1229. Ubi Scholiastes adducit proverbium istud: τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι, ἂν ὦσι τραχεῖς· ἂν δὲ λεῖοι τέτταρες· *tres ad tergendum podicem sufficiunt lapides, si asperi fuerint; si autem laeves, quatuor.* Cujus proverbii meminerunt alii etiam.

vs. 831. Ἐπῄρκουν] *Suppeditabam.* Euripides in Hecuba vs. 970. τί χρὴ τὸ τῶν πράσσοντα, μὴ πράσσειν εὖ φίλοις ἐπαρκεῖν; ὡς ἕτοιμος εἰμ' ἐγώ· *Quid oportet fortunatum infortunatis amicis praestare? nam ego sum paratus.* Alludit uterque ad proverbium: κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

vs. 834. Ἀθλίως] In genere *aerumnosum* significat; sed quia pauperes tales sunt, τὸ, ἄθλιον εἶναι opponitur, τῷ, πλουτεῖν, ut in Eccles. vs. 590.

vs. 835. Κομιδῇ] Glossae: πάνυ, *perquam, valde, admodum, oppido, nimis.* a κομίζω *cure.*

Ὄνπερ βλέπω, εἰ δεηθείλιν ποτέ·
Οἱ δ' ἐξετρέποντο, κοὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔλι.
ΚΑΡ. Καὶ κατεγέλων γ', εὖ οἶδ' ὅλι. ΔΙΚ. Κομιδῇ μὲν οὖν.
Αὐχμὸς γὰρ ὢν τῶ σκιλαείων μ' ἀπώλεσεν.
ΚΑΡ. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν. ΔΙΚ. Ἀνθ' ὧν ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν
Προσβλιξόμενος ἥκω δικαίως ἀθάδε.
ΚΑΡ. Τὸ τελώνιον δὲ τί δυνατὸν πρὸς τῶν θεῶν,
Ὅ φέρε μὴ σῶ τὸ παιδάριον τυπί; φράσον.
ΔΙΚ. Καὶ τοῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν.
ΚΑΡ. Μῶν οὖν ἐμύθης δῆτ' οὖν αὐτῷ τὰ μεγάλα;
ΔΙΚ. Οὔκ· ἀλλ' ἱερρίγωσ' ἔτη τελακάδεκα.
ΚΑΡ. Τὰ δ' ἐμβάδια; ΔΙΚ. Καὶ ταῦτα συνεχειμάζετο.
ΚΑΡ. Καὶ ταῦτ' ἀναθήσων ἔφερες οὖν; ΔΙΚ. Νὴ τὸν Δία.
ΚΑΡ. Χαλεπά γ' ἥκεις δᾶρα τῷ θεῷ φέρων.

ACTUS QUARTI

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ, ΚΑΡΙΩΝ, ΔΙΚΑΙΟΣ.

Οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δείλαιος,
Καὶ τελσακοδαίμων, ὦ τετρᾶκις, ὦ πεντάκις,
Καὶ δωδεκάκις, ὦ μυριάκις. ἰώ. ἰώ.
Οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι;
ΚΑΡ. Ἄπολλον Ἀποτρόπαιε, καὶ θεοὶ φίλοι·
Τί ποτ' ἐστὶν ὅ, τι πέπονθεν ἄνθρωπος κακόν;
ΣΥΚ. Οὐ γὰρ κέτλιχ πέποιθα νωὶ πεφυμαλα,

Ἀπ-

vſ. 838. Ἐξετρέποντο] Lucianus in Timone: οἱ δὲ πόρρωθεν ἰδόντες ἑτέραν ἐτρέποντο, οὐσάντιλον καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες ἢ ἃ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην αὐτῶν γεγενημένον. *Illi autem e longinquo me videntes, in aliam viam deflectunt, existimantes se inauspicatum & abominandum spectaculum visuros, si me videant, qui non ita pridem eorum servator & benefactor fueram.* Euripides in Medea vſ. 561. πένλα φεύγε πᾶς τις ἐκποδὼν φίλων· *Pauperem omnes amici procul fugiunt.*

vſ. 840. Αὐχμὸς] Scholiastes clare exponit: ἀντὶ τοῦ, ἀπώλεια· μεταφορικῶς δὲ ἀπὸ τοῦ σίτου· ὅταν γὰρ αὐχμὸς ἐπιγένηται ἤδη τῶν καρπῶν ἀδρυνομένων, ἀφανίζεται ὁ σῖτος καὶ κατακαίεται· εἰρηται δὲ παρ' ὑπόνοιαν, οἷον πυρὸν καὶ κριθήν. αὐχμὸς *ponitur pro perniciei sive interitu; per metaphoram a frumento; cum enim spicis augmentum capientibus siccitas aut uredo supervenit, perit frumentum & comburitur. Dicitur autem praeter expectationem sive inopinato* [*vasculorum uredo*] *quasi tritici & hordei.* In verſione uſus ſum nomine, quod & frumento convenit, & vaſis aereis aut ferreis.

vſ. 841. Ἀνθ' ὧν] Sophocles in Electra vſ. 587. δίδαξον ἀνθ' ὅτου ταῦτ' αἴσχιστ' ἀνδρῶν ἔργα δρᾶσα τυγχάνεις· *doce, quare nunc omnium turpiſſima facinora committas.* Vid. in Acharn. vſ. 285.

vſ. 846. Μῶν ἔν] Solebant veſtes in quibus eſſent initiati dedicare. Scholiaſtes ejus rei teſtimonium affert ex Melanthio: πάντων ἐσι ταῖς θεαῖς ἀνιερῶν καὶ τὰς στολὰς τὰς μύσας, ἐν αἷς τύχωσιν μυηθέντες· *Patrius mos eſt, ut deabus conſecrarent veſtes etiam myſtae, in quibus eſſent initiati.* Quia autem dixerat vir juſtus, ſe velle pallium ſuum dedicare deo; Chremylus dicit, alludens ad iſtum ritum: *num ergo in illis es initiatus?* Quaſi dicat: *Num Pluti myſteriis initiatus, ei vis pallium dedicare, ut ſolet ih Eleuſiniis ſacris fieri?*

Ibid.

Vere firmos, si quando egerem.
Illi autem meum occursum & adspectum aversabantur.
CAR. Etiam deridebant te, sat scio. JUST. Omnino.
Nam rubigo, quae supellectilem meam ederat, me perdidit.
CAR. Sed jam non *amplius*. JUST. Quam ob rem ad Deum
Jure huc veni, ut eum adorem.
CAR. Sed quid hoc detritum pallium sibi vult, obsecro,
Quod puer tecum fert? dic mihi.
JUST. Hoc etiam ut Deo dedicem, ad eum venio.
CAR. Num haec ea vestis est, in qua initiatus es majoribus mysteriis?
JUST. Non; verum in ea alsi annos tredecim.
CAR. Calcei vero? JUST. Et isti una perhiemarunt.
CAR. Ergo istos etiam dedicandos attulisti. JUST. Profecto.
CAR. Lepida sane dona ferens Deo, huc adveneris.

SCENA TERTIA.

SYCOPHANTA, CARIO, JUSTUS.

Hei, infortunatus ego! quam penitus perii miser.
O terque quaterque infortunatus, & quinquies,
Et duodecies, & decies millies. Io! Io!
Quam magno infortunio sum mersus.
CAR. Apollo Averrunce, & Dii servatores!
Quid est quod huic homini evenit mali.
SYC. Annon vero intoleranda mihi nunc evenerunt mala?

Qui

ΣΤΡ. Τί φῄς; ἡ φροντὶς ἕλκει τὸν ἐκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα;
Ἴθι νυῦ, καταβήθ', ὦ Σωκρατίδιον, ὡς ἐμέ,
Ἵνα μ' ἐκδιδάξῃς ὧνπερ εἵνεκ' ἐλήλυθα.
ΣΩΚΡ. Ἦλθες δὲ χὤτι τί; ΣΤΡ. Βουλόμενος μαθεῖν λέγειν·
Ὑπὸ γὰρ τόκων, χρήστων τε δυσκολωτάτων
Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχεζόμαι.
ΣΩΚΡ. Πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος;
ΣΤΡ. Νόσος μ' ἐπέτειψεν ἱππικὴ, δεινὴ φαγεῖν.
Ἀλλά με δίδαξον τὸν ἕτερον τῶν σῶν λόγων,

Τὸν

vſ. 223. Ὦ ἐφήμερε] *O homo.* quaſi Socrates ipſe non ſit homo; duplici ſenſu: vel quia res humanas contemnat ſcilicet, *ut nec humana videatur ſorte creatus*, ſed Deus aliquis: hinc etiam per machinam, ut Dii ſolent in tragoediis, apparebat, ſed ridicule in corbe penſili. Alexis apud Athenaeum VI. εἶτ' ἐς νέωτα φησὶ γράψειν κρεμαμένους· καὶ θᾶττον ἀποπέμψουσι τὰς ὠνουμένας, ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες, ὥσπερ οἱ θεοί· *Deinde proxime ſequenti anno dicit ſe legem laturum, ut (piſcatores) pendentes vendant: & ſic citius dimittent emtores ſuos, ſi e machina, tanquam Dii, vendant;* quia machina ſubito apparere ſolet. Vel quia Sileno ſimilior videretur quam homini, utpote calvus & ſimus; quare & in Symposio Platonis adoleſcentulus aliquis in eum jocatur, & turpiorem dicit Silenis. Itaque Comicus facit eum loquentem, talibus verbis, qualibus Pindarus fecit loquentem Silenum, cujus haec ſunt verba apud Scholiaſten: ὦ πάλαι ἐφήμερε, νήπιε, βαδίζεις χρήματα' μοι κομπεύων; *O miſer homo! fatue, incedis opes mihi jactans?* Homines ἐφημέρους vocat Aeſchylus ſubſtantive, in Prometheo vſ. 82. Θεῶν γέρα συλῶν ἐφημέροισι προστίθῃ· *Deorum dona compilans da mortalibus.* & vſ. 253. καὶ νῦν φλογωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι; *Nunc ergo ignem flammeum habent mortales?* & vſ. 944. σὺ ἐξαμαρτὼν εἰς θεοὺς, σὺ ἐφημέροις πορεύσῃ τιμάς· *te qui deliquiſti adverſum deos, qui hominibus praebuiſti dona.* Euripides in Oreſte vſ. 973. Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφημέρων ἔθνη· *O nimium lacrymabiles mortalium gentes.* Vide notata ad Aves vſ. 688.

vſ. 225. Ἀεροβατῶ] Hunc verſum ſarcaſtice infra repetit Strepſiades numero 1506.

vſ. 227. Εἶπες] Subintelligitur: εἰ δεῖ ὑπερφρονεῖν. Ut in Ranis vſ. 74. τοῦτο γάρ τοι καὶ μόνον ἐστ' ἔτι λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔρα. Nam ibi manifeſte ſubauditur: ἔστιν ἀγαθόν. Sic Lucianus de Conſcr. Hiſtoria:

φυ-

SCENA TERTIA.

STREPSIADES, SOCRATES.

STR. O Socrates.
O Socratiſce. SOCR. Quid me vocas mortalis?
STR. Primum obſecro dic mihi quid facis?
SOCR. Per aërem incedo, & ſolem inſpicio atque contemplor.
STR. Itane a crate deos deſpicis,
Non vero a terra, ſi modo *oportet eos deſpicere.* SOCR. Nunquam enim
Potui recte indagare res coeleſtes
Niſi animo ſuſpenſo, & meditatione
Permiſta cum aëre ſibi conſimili.
Si vero humi ſtans ſuperna ab inferiore loco ſpectarem,
Nunquam potui illa indagare. Non, inquam; verum terra vi quadam
Trahit ad ſe humorem meditationis.
Idem autem contingit naſturtio.
STR. Quid ais? num meditatio trahit humorem in naſturtium?
Deſcende, nunc mi Socratiſce, & ad me veni,
Ut me illa doceas quorum gratia veni.
SOCR. Quamobrem vero veniſti? STR. Cupiens addiſcere artem dicendi.
Nam ab uſuris, & creditoribus difficillimis
Agor, feror, bona mea pignus capiuntur.
SOCR. Quomodo non animadvertiſti te obaeratum factum?
STR. Morbus me perdidit equeſtris, vehemens in vorando.
Sed me doce alterum tuorum ſermonum,

Illum

φερτικὸν ὕδωρ μοι — τὸ εἰπεῖν· ὡς ἐξαίρετον τοῦτο ἔδει ὁ ἡμέτερος ἄρχων, ἤγε τὰς πράξεις καὶ φιλτάτους ἤδη συγγράφειν ἄξιοι· τὸ γὰρ ποιῆσαι, εἰπεῖν ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν· *Ineptum mihi viſum eſt, quod diceret: imperatorem noſtrum id eximium habiturum, cujus res geſtas etiam Philoſophi jam non dedignentur deſcribere; nam id, an etiam (eximium ſit,) nobis debebat reliquiſſe cogitandum potius quam ipſe dixiſſe.*

vſ. 232. Οὐ γὰρ ἀλλὰ] Loca in quibus hae particulae ſic junctae occurrunt apud Comicum, diligenter ſunt annotata in Indice in ἀ. Scholiaſtes hic dicit pro καὶ γὰρ poni Attice.

vſ. 238. Ἦλθες δὲ κατὰ τί] Similiter in Pace vſ. 192. ἦλθες δὲ κατὰ τί; & in Avibus 917. ἀτὰρ ὦ ποιητὰ κατὰ τί δῆτ' ἀνερθάρης; Scholiaſtes etiam monet ita locutum eſſe Comicum in Pace, nempe vſ. 191.

vſ. 240. Ἄγομαι, φέρομαι] Euripides in Troadibus vſ. 1310. ἀγόμεσθα, φερόμεσθα· *Agimur, ferimur.* Demoſthenes de Syntaxi: τοὺς μὲν συμμάχους ἄγουσι καὶ φέρουσι τοὺς δὲ πολεμίους μὴ δὲ ὁρῶσιν· *Ut ſocios quidem aganè & ferant; hoſtes ipſos nec videant.* Idem contra Timocratem: καλαθίων καὶ ἄγων καὶ φέρων ὑμᾶς· *Incurſiones faciens, agens ac ferens vos.* Ita uſurpant & Latini hanc proverbialem formulam, pro *vexare, populare.* vide Gellium Lib. II. cap. 6.

vſ. 241. Σαυτὸν ἔλαθες] In Pace vſ. 32. ὡς λάθοις σαυτὸν διαρραγείς. Aelianus Epiſt. 13. μηδέ σε ὁ θυμὸς οὕτω λάθοι προαγάγων· μὴ καὶ μανεὶς σαυτὸν λάθοις· *Neque te iracundia in oblitionem deducat; ne forte parum ſentias te dudum inſanire.* Quod ſi quis ejusmodi orationes invertat, idem erit ſenſus, hoc modo: πῶς σαυτὸν λαθὼν γέγονας ὑπόχρεως; ὡς λαθὼν σαυτὸν διαρρηγείς· μὴ καθὼν σαυτὸν μανείς. Ita Aelianus Var. H. Lib. I. cap. 7. ὅταν αὐτὰς λαθόντες ὑοσκυάμου φάγωσι· *Quando imprudentes hyoscyamum guſtaverint.*

Τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα. μισθὸν δ', ὅτιν' ἂν
Πρᾶξῃ μ', ὀμεῖμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.
ΣΩΚΡ. Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. ΣΤΡ. Τῷ γὰρ ὄμνυτ'; ἢ
Σιδαρέοισιν, ὥσπερ οἱ Βυζαντίῳ;
ΣΩΚΡ. Βλὴ τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς,
Ἀπ' ἐστὶν ὀρθῶς; ΣΤΡ. Νὴ Δί', εἴπερ ἐστί γε.
ΣΩΚΡ. Καὶ ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν εἰς λόγους,
Ταῖς ἡμετέραισι δαίμοσιν; ΣΤΡ. Μάλιστά γε.
ΣΩΚΡ. Κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.
ΣΤΡ. Ἰδοὺ κάθημαι. ΣΩΚΡ. Τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
Τὸν στέφανον. ΣΤΡ. Ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι Σώκρατες·
Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.
ΣΩΚΡ. Οὐκ, ἀλλὰ πάντα ταῦτα τοὺς τελουμένους
Ἡμεῖς ποιοῦμεν. ΣΤΡ. Εἶτα δὴ τί κερδανῶ;
ΣΩΚΡ. Λέγειν γενήσῃ τολμηρὸν, κρόταλον, παιπάλην.
Ἀλλ' ἔχ' ἀτρέμας. ΣΤΡ. Μὰ τὸν Δί' οὐ ψηθήσῃ γέ με.
Καταπατήσομαι γὰρ παιπάλη γενήσομαι.

vſ. 244. Τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα] *Sophiſticam Rhetoricam*, ad eludendos creditores.

Ibid. Μισθὸν ὅτιν' ἂν πράξῃ μ'] Apud Xenoph. in Apomn. I. aliquis ad Socratem dicit: ἀδέηα γὰν τῆς συνουσίας ἀζυήμιον πράξῃ· *A nemine exigis argentum ob converſationem.* de eodem ibid. τοὺς δ' ἰούσης ἐπιθυμοῦντας ἂν ἐπράξατο χρήματα· *ab iis autem qui ipſum deſiderarent non poſcebat pecuniam.* Vid. ad Ranas vſ. 569. Machon apud Athenaeum Lib. XIII. p. 581. ἐπυνθάνετο μίσθωμα πράσεως ὅσον· *Interrogavit, quantum mercedis poſceret.* In Ranis vſ. 563.

vſ. 245. Ὀμεῖμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς] Sic infra, vſ. 1229. ἀποδώσειν γ' ἐπόμνυς τοὺς θεούς.

vſ. 247. Νόμισμα] *Nummus*, & aliud, quodcunque *lege receptum eſt.* Itaque bifariam poteſt accipi, vel: *Nos nummos non habemus, quibus impreſſa ſit Dei alicujus imago*, vel: *nos nullos ſtatuimus Deos*· ut atheum ſe prodat Socrates, nam illo ſe crimine quam maxime oneraverat.

vſ. 248. Σιδαρέοισι] Pro σιδηρέοισι. Dorice. Plato Comicus, apud Scholiaſten: χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις, ὅτι σιδαρίοις νομίσμασι χρῶνται· *aegre habitaremus apud Byzantios, ubi ferreis nummis utuntur.*

vſ. 256. Τὸν Ἀθάμανθ.] Reſpicit ad Sophoclis Athamantem, qui in dramate cognomini, introductus fuerat *coronatus* a poëta, cum deberet immolari, ex reſponſo Apollinis, quia Phryxum filium, inſtigatus ab ejus noverca, voluiſſet occidere. Haec ex Scholiis ad hunc locum, & ex Herodoto in Polymnia. Sic etiam Demonactem Philoſophum Lucianus in ejus Vita, dicit *coronatum* prodiiſſe in concionem Athenienſium, & ſe tanquam victimam dediſſe immolandum, cum inique eſſet impietatis accuſatus, ubi eum haec verba dixiſſe refert: ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ἱερεῖα ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κάμὲ καταθύσατε, τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε. *Mactate nunc, Athenienſes, me etiam, cum me videatis coronatum; nam prius non litaſtis.* intelligit autem Socratis mor-

Illum *inquam*, qui non reddit: mercedem vero quamcunque
Petieris a me, me depositurum Deos juro.
Socr. Per quos Deos juras tu? Primum enim Dii
Nobis nomisma non sunt. Str. Per quos ergo juratis? an
Per ferreos, ut in Byzantio?
Socr. Vis divinas res cognoscere clare
Et recte, quaenam sint? Str. Certe, si modo *ullae* sunt.
Socr. Et congredi ad colloquendum cum Nubibus,
Nostris Deabus? Str. Maxime.
Socr. Sede itaque in sacro grabbato.
Str. En! sedeo. Socr. Hanc itaque accipe
Coronam. Str. Quorsum coronam? heu Socrates,
Vide ne me sicut Athamantem sacrificetis.
Socr. Non *fiet*: verum omnia ista illis, qui initiantur,
Nos facimus. Str. Quid itaque lucri hinc capiam?
Socr. In dicendo fies tritus, crepitaculum, pollen.
Sed quiesce. Str. Certe quidem non falles me,
Nam si ita conspergar pollen futurus sum.

mortem, ab Athenienſibus interfecti. Lucretius Lib. I. de Iphigenia mactanda: *Cui simul infula virgineos circumdata comtus Ex utraque pari malarum parte profusa est: Et moestum simul ante aras adstare parentem Sensit.* Et apud Virgilium II. Aen. Sinon itidem immolandus dicit: *Jamque dies infanda aderat: mihi sacra parari: Et salsae fruges, & circum tempora vittae.*

vſ. 259. Τρίμμα] In Avibus vſ. 431. vocat hominem *callidum*, πυκνότριχον κίναδον, σόφισμα, κύρμα, τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον. Vide etiam hic in Nub. vſ. 446. Idem autem eſt τρίβων, de quo infra vſ. 867. In Rheſo Euripidis vſ. 625. ad Ulyſſem dicitur: τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ, καὶ νοεῖν σοφός· *Es enim exercitatus in calliditate & in excogitando ſolers.* Apud Syneſium Epiſt. 120. ad eundem Ulyſſem dicitur paullo aliter: δριμύτατον μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐς πράγματα· *Acerrimus homuncio videris eſſe & verſatus atque exercitatus in rebus*, id eſt, *veterator.*

Ibid. Κρόταλον] *Homo nimium tinniens*, tanquam *cymbalum*, quod levi impulſu ſonitum ingentem edit: *homo agilis*, *verſutus*, *vafer.* Ita Ulyſſem κρόταλον dicit Cyclops apud Euripidem in ejusdem nominis dramate vſ. 104. οἰδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γόνον· *Novi hominem tinnulum*, *acrem Siſyphi prolem.* Idem ille Ulyſſes κρότημα dicitur in Rheſo Euripidis vſ. 499. ἴσι δ' αἱμυλώταλον κρότημ' Ὀδυσσεύς· *Eſt autem Ulyſſes vaſerrimum crepitaculum.* id eſt, *nimium callidus dicendi artifex.* Ita vox κρῦψις uſurpatur de *fallacia* infra vſ. 317. & κρυψιδημῶν, *qui plebem decipit*, in Equit. vſ. 855.

Ibid. Παιπάλη] Fies *pollen* ſive *tenuiſſima farina*, id eſt, *fies ſubtiliſſimus orator*, ſive λόγων τι παιπάλημα, ut Aeſchrion loquitur, cujus locum adducam ad Aves vſ. 430. Dum autem haec dicit, comminuit ſuper Strepſiadis capite lapides friabiles, aut eum farina conſpergit, ut victimae ſolebant *mola* conſpergi; nam & iſte tanquam victima coronatus erat.

ΣΥΣΤΗΜΑ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ ΣΤΙΧΩΝ ιϛ'.

Ἀναπαιστικοὶ Ἀριστοφάνειοι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Εὐφημεῖν χρὴ τὸν θρασύτλων, ᾗ τ' αὐχῆς ὑπακύειν.
Ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἀμέτρητ' ἀήρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον,
Λαμπράς τ' αἰθὴρ, σεμναί τε θεαὶ Νεφέλαι βροντησικέραυνοι,
Ἄρθητε, φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ μετέωροι.
ΣΤΡ. Μήπω, μήπω γε, πρὶν ἂν τυτὶ πίλιδιον, μὴ καταβρεχθῶ.
Τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα.
ΣΩΚΡ. Ἔλθετε δῆτ', ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν,
Εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χορεύλητοισι κάθησθε·
Εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵστατε Νύμφαις·
Εἴτ' ἄρα Νείλου ποτιχραῖς ὑδάτων λιγυσίοις ἀρύεσθε ποτόχυσιν·
Ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ', ἢ σκόπελον νιφόεντα Μίμαντος.
Ἐπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν, ᾗ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι.

vſ. 262. Εὐφημεῖν χρὴ] In Equitibus vſ. 1310. εὐφημεῖν χρὴ καὶ σῶμα πλείειν.

vſ. 263. Ἀμέτρητ' ἀὴρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον.] Aërem & aetherem Socrates invocat tanquam Jovem. Hinc & Euripides, qui ſolebat Σωκράτη παρακαθήμενον καλεῖν, ut cum Comico dicam ex Ranis vſ. 1532. alicubi dixit: ὁρᾷς τὸ ὑψὲ τόδ' ἄπειρον αἰθέρα, καὶ γῆν περιῤῥεῖ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις· πότερον νομίζεις Ζῆνα, τὸ δι' ἠέρος θεόν. Quod ita vertitur apud Ciceronem Lib. II. de Nat. Deorum: *Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera, qui tenero terram circumjectu amplectitur? hunc ſummum habeto divûm, hunc perbibeto Jovem.* Ubi vide Notam.

vſ. 264. Αἰθὴρ] In Ranis vſ. 793. Euripides precatur: Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα. hic in Nubibus vſ. 569. καὶ μεγαλώνυμον ἠμίτερον πατέρ' αἰθέρα σεμνόταλον, βιοθρέμμονα πάντων.

Ibid. Νεφέλαι] Euripides in Alceſtide vſ. 242. ἄλιον, καὶ φάος ἡμέρας, ἀράνιά τε δίνας νεφέλας δρομαίας· *O ſol! & lumen diei & caeleſtes vortices nubis volantis.*

vſ. 266. Μήπω] Quia Socrates invocabat Nubes, ille timens, ne compluatur, veſtem conduplicatam imponit capiti.

vſ. 267. Τὸ δὲ μὴ] Ellipſis: vide ad Plutum vſ. 593. Ita in Ranis vſ. 747. τὸ δὲ μὴ παταξαι σε.

vſ. 269. Ὀλύμπου κορυφαῖς] Euripides in Bacchis vſ. 556. Πόθι Νύσας ἄρα θηροτρόφου θυρσοφορεῖς θιάσους, ὦ Διόνυσ', ἢ κορυφαῖς Κωρυκίαις· τάχα δ' ἐν πολυδένδρεσιν Ὀλύμπου θαλάμαις· *Ubi Nyſſae ferarum altricis thiaſos ducis cum thyrſis, o Bacche, an in Coryciis verticibus: an fortaſſis in Olympi nemoroſis cavernis?*

vſ. 270. Εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς] Ex diverſis locis vocat

SYSTEMA SECUNDUM PERICOPEN, VERSUUM XII.

Anapaestici Aristophanii.

SOCRATES, STREPSIADES.

SOCR. Ore favere decet senem & auscultare precibus.
O rex, immense aër, qui terram sublimem tenes:
Et Aether lucide; divaeque venerabiles, Nubes, quae fulminatis & tonatis,
Surgite & apparete, o Dominae, Philosopho sublimes.
STR. Nondum etiam nondum, priusquam hanc complicuero, ne compluar.
Mene vero infelicem domo venisse galerum non habentem?
SOCR. Adeste igitur, ô venerandae Nubes, ut vosmet hinc ostendatis.
Sive in Olympi vertice sacro nivali sedetis:
Sive Oceani patris in hortis sacram choream instituitis cum Nymphis:
Sive forte in ostio Nili aureis gutturniis hauritis aquam:
Sive Maeoticam paludem obtinetis: sive saxum nivosum Mimantis.
Exaudite & accipite hoc sacrificium, hisque sacris delectamini.

cat Nubes. Similiter apud Aeschylum in Eumenidibus vs. 292. Orestes invocans Palladem. ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς, Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενθλίοις πόροις πίθησι —— πέδαι· εἴτε Φλεγραίαν πλάκα —— ἐπίσκοπεῖ, ἔλθοι· κλύοι δὲ καὶ πρόσωθεν, ὢν θεός· *Verum, sive in locis regionis Libycae circa fluentum Tritonis paterni fluvii ponit pedem: sive Phlegraeam adspectat plagam; veniat: audit enim etiam de longinquo, cum sit Dea.* Vocat autem *Oceanum Patrem* Nubium, quia inde maxime oriuntur; proinde nemo putet hoc ita accipiendum esse, ut illud Homericum: Ὠκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Ibid. Χορὸν ἱστᾶτε] Sophocles in Electra vs. 282. Χορὸν ἵστασι. Euripides in Iphigenia ad Aulidem vs. 683. στῆσομεν ἆρ' ἀμφὶ βωμὸν, ὦ πάτερ, χορούς· *Instituemus ergo choros circa aram, mi Pater?*

vs. 271. Νείλου προχοαῖς] Aeschylus in Supplicibus vs. 1031. μήδ' ἔτι Νείλου προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις· *Neque amplius Nili ostia celebremus hymnis.* Grammatici volunt προχοὰς esse *ostia* fluviorum; Homerus Il. P. vs. 263. ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι διαπρύσιος ποταμοῖο. Vid. Scholia Apoll. Rhodii ad Lib. I. vs. 11.

Ibid. Πρόχυσι χρυσίοις] A πρόχυς, quod est a πρόχω, ut νῆς a νέω. Euripides in Ione vs. 434. ἀλλὰ χρυσέαις προχόοισιν ἐλθών, εἰς ἀποβραντήρια δρόσον καβῶ· *Sed ibo & aureis gutturniis infundam aquam in vasa lustralia.* Antimachus apud Athenaeum Lib. XI. p. 468. καὶ ἐς λοιβὴν χέον εἴθαρ χρυσείῃ προχόῳ· *& ad libationem fuderunt statim aureo gutto.* Philoxenus apud eundem Lib. XV. 685. καλὰ χειρὸς δ' ἄλυβ' ὕδωρ ἄπαλος παιδίσκος ἐν ἀργυρέᾳ προχόῳ φέρων· ἐπέχευεν· *Aquam lavandis manibus ferens venit tenellus puer in argenteo gutto; affudit.*

ACTUS PRIMI

ΧΟΡΟΣ, ἢ ΝΕΦΕΛΑΙ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Αέναοι Νεφέλαι
Ἀρθῶμεν Φανεραὶ,
Δροσερὰν φύσιν θ' ὑάγνων,
Πατρὸς ἀπ' Ὠκεανῦ βαρυαχέος,
Ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ
Δενδροκόμους, ἵνα
Τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορῶμεθα,
Καρπούς τ', ἀρδομένην θ' ἱερὰν χθόνα,
Καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα,
Καὶ πόντου κελάδοντα βαρύβρομον.
Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀ-
καμάτου σελαγεῖται,
Μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς.
Ἀλλ' ἀποσείσαμέναι νέφος ὄμβριον,
Ἀθανάταις ἰδέαις ἐπιδώμεθα
Τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.

ΣΥΣΤΗΜΑ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ ΣΤΙΧΩΝ ζ'.

ΣΩΚΡ. Ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι, φανερῶς ἠκούσατέ μου καλούσηι.
Ἦδη φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου;
ΣΤΡ. Καὶ σεβόμαί γ', ὦ πολυτίμητοι, καὶ βούλομαι ἀνταποδοῦναι
Πρὸς τὰς βροντάς· ἔστως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι.
Κἂν εἰ θέμις ἐστὶν νυί γ' ἤδη, κἂν εἰ μὴ θέμις ἐστί, χεσείω.

ΣΩΚΡ.

vs. 276. Δροσερὰν] Subauditur κοιλίαν.
vs. 277. Βαρυαχέος] Ab ἦχος sonus α in ω Dorice.
vs. 288. Ἰδέαις] Vide Notam ad Plutum vs. 317.
vs. 291. Βροντῆς μυκησαμένης] Virg. *tonitru coelum em-ne remugit.*
vs. 292. Ἀνταποδοῦναι πρὸς τὰς βροντάς] Apud Euripidem Cyclops periphraſtice idem dicit in cognomini dramate vs. 326. ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πίπλον κρύος.

SCENA QUARTA.

CHORUS, seu NUBES, SOCRATES, STREPSIADES.

CHOR. Jugiter natantes Nubes
Tollamur manifestae,
Roscida natura vique agili,
Patre ab Oceano graviter fremente
Ad celsorum montium vertices
Arboribus comantes, unde
Conspicuas longe lateque speculas despectamus
Fructusque & sacram tellurem, dum irrigatur,
Et fluviorum divinorum sonitus,
Et pontum sonantem gravi murmure.
Nam oculus Aetheris
Sine fine coruscat
Lucido jubare.
Sed decussa caligine imbrifera,
Immortali specie spectemus
Terram longe prospiciente oculo.

SYSTEMA SECUNDUM PERICOPEN, VERSUUM VII.

SOCR. O maxime venerabiles Nubes, manifesto audistis me vocantem.
Sensistine vocem simulque tonitru reboans divino honore afficiendum?
STR. Et veneror sane vos, ô sanctae Nubes, voloque oppedere
Vestris tonitrubus: adeo ipsa trepidus pavesco & timeo.
Et sive fas est jam, sive non est fas, volo cacare.

SOCR.

κρέω, Διὸς βροντᾶζον εἰς ἔριν κτυπῶν· *Epota lactis amphora, vestem pulso, cum Jovis tonitru certans strepitu.* Hic in Nubibus vs. 384. simili ratione dicitur fieri tonitru & crepitus ventris.

vs. 294. κτυπίω] Ut *δραττίω* in Pace vs. 62. id est μέλλω sive βόλομαι δρᾶν.

ΣΩΚΡ. Οὐ μὴ σκώψῃς, μηδὲ ποιήσῃς, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες ἔτοι·
Ἀλλ' εὐφήμει· μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμικῷ ἀοιδαῖς.

ΑΝΤΩΔΗ, ΚΩΛΩΝ ιε'.

ΧΟΡ. Παρθένοι ὀμβροφόροι,
Ἔλθωμεν λιπαρὰν
Χθόνα Παλλάδος, εὔανδρον γᾶν
Κέκροπος ὀφόμφαν πολυήρατον,
Οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα
Μυστοδόκος δόμος
Ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται,
Οὐρανίοις τε θεοῖς δωρήματα,
Ναοί θ' ὑψηρεφεῖς, ἠγάλματα,
Καὶ πρόσοδοι μακάρων ἱερῶται,
Εὐστέφανοί τε θεῶν
Θυσίαι, θαλίαί τε,
Παντοδαπαῖσιν ὠραις·
Ἥ τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις,
Εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα,
Καὶ μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν.

ΣΤΡ. Πρὸς θ' Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον τίνες εἰσ', ὦ Σώκρατες, αὗται,
Αἱ φθεγξάμεναι τοῦτο τὸ σεμνόν; μῶν ἡρῳαί τινες εἰσιν;

ΣΩΚΡ. Ἥκιστ', ἀλλ' ὠδαὶ Νεφέλαι, μεγάλαι θεαὶ ἀνδράσιν ὀκνοῦσι,
Αἵπερ γνώμην ἠμῖν παρέχουσιν, καὶ νοῦν ἠμῖν παρέχουσιν,
Καὶ περατείαν ἠμῖν παρέχουσιν, ἠ κρῶσιν ἠ καταληψιν.

ΣΤΡ. Ταῦτ' ἄρ' ἀκούσας αὐτῶν τὸ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται,
Καὶ

vs. 295. Τρυγοδαίμονες] Pro κακοδαίμονες τρυγῳδοί. qui sunt κωμῳδοί, ut in Vespis vs. 647. μείζονος ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς. Sic τευγῳδία in Acharn. vs. 498. ibidem tamen vs. 349. cum dicit de Euripide: ἀναπαίδην ποιεῖ τρυγῳδίαν non loquitur de Comoedia.

vs. 299. Χθόνα Παλλάδος] In Pluto vs. 772. σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.

vs. 300. Γᾶν Κέκροπος] In Pluto vs. 773. Χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος.

vs. 306. Πρόσοδοι] *Sacrificia publica, & solennes pompae ad delubra deûm.* In Pace vs. 396. καὶ σε θυσίαισιν ἱεραῖσι, προσόδοις τε μεγάλαισι διαπαῖδες, ὦ δέσποτ', ἀγαλλόμεθα. In Avibus vs. 854. πρόσοδοι μέγαλα, σεμνὰ θεοσέβεια θεοῖσιν, ἅμα δὲ —— πρόκαλόν τι θύειν. ubi de eadem re paullo ante loquens, dicebat: ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσι θεοῖς τ' ἱερὰ πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ. ut idem sit πομπὴ quod πρόσοδος sive προσόδιον. Herodotus in Euterpe conjungit πανηγύρεις, πομπὰς & προσαγωγὰς, ubi etiam dicit, hos ritus ab Aegyptiis, primis eorum inventoribus, ad Graecos manasse. Πανηγύρεις δὲ ἄρα, inquit, καὶ πομπὰς, καὶ προσαγωγὰς πρώτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι εἰσὶ οἱ ποιησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι.

vs. 310. Βρομία χάρις] Festum Bromii sive Bacchi.

vs. 311. Εὐκελάδων] Euripides in Bacchis vs. 160. κωτίλα ὅταν εὐκελάδου ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ· *Quando tibia sonora & sacra sacros ludos, sive choros sonat*, id est, *sonitu suo excitat.* Ceterum εὐκελάδων χορῶν ἐρεθίσματα, videtur Aristophanes dixisse pro, εὐκέλαδα χορῶν ἐρεθίσματα· *sonora chori incitamenta*, ut intelligatur *cantus tibiarum*

Socr. Ne illudas, neu facias quod perditi isti Comici;
Sed ore fave; magnum enim quoddam Dearum examen movetur cum cantu *dulci*.

ANTODE, VERSUUM XVI.

Chor. Virgines imbriferae
Eamus, ut pingue
Solum Palladis, fortium virorum feracem terram
Cecropis videamus amabilem:
Ubi cultus arcanorum sacrorum, ubi
Mystica domus
Inter initiationes sacras ostenditur,
Diisque coelestibus munera,
Templaque summis educta tectis, & simulacra
Et supplicationes beatorum sanctissimae,
Coronisque ornata Deorum
Sacrificia, epulaeque
Omni tempore anni.
Vere adventante Bromia festivitas
Et suaviter resonantium chororum incitamenta,
Et tibiarum gravis cantus.

Str. Obsecro per Deos, dic *mihi*, ô Socrates, quaenam sint istae,
Quae vocem istam miserunt majestate plenam? num Heroinae aliquae sunt?
Socr. Minime, verum Coelestes Nubes, magna numina hominibus otiosis,
Quae sensum, & dicendi peritiam, & mentem nobis suggerunt,
Et praestigias & loquacitatem, & fallaciam & perceptionem.
Str. Ob ista ergo anima mea ubi audivit earum vocem volitat,

Et

tibiarum, & ut quod sequitur μῆλα αὐλῶν βαρύβρομα fit explicatio horum verborum, ut in Pace vs. 155. χρυσοχάλινον πάπαγον ψαλίων pro χρυσοχαλίνων πάπαγον ψαλίων. Ita & Lucretius dixit: *Democriti quod sancta viri sententia suadet*; pro: *Democriti quod sancti viri sententia suadet*. Cujusmodi plura exempla invenîri possunt apud veteres. Possunt tamen εὐκίνδυνοι χόροι dici, *scite cantantes, & pedibus plaudentes*: vel etiam qui *ad suavem tibiae cantum saltant*, ut αὐλήμων, *cui canitur tibiis*, *qui audit tibiarum cantum*, ut dixi ad Aeliani Epist. 9.

Ibid. Ἐρεθίσματα] *Instigationes*. Euripides in Bacchis vs. 148. δρόμῳ καὶ χορείᾳ ἐρεθίζων· *cursu & choris* sive *tripudiationibus irritans*, sive *exercens*.

vs. 312. Μῆλα βαρύβρομα] *Gravis cantus* sive *sonitus tibiarum*. Euripides loco paullo ante citato: κατὰς βρέμει. Idem in eodem dramate vs. 156. βαρύβρομα τύμπανα dixit: μέλπεθ' ὁ Διόνυσον βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων. In Helena vs. 1367. idem etiam βαρύβρεμον αὐλὸν dixit, ut & Cl. Kusterus notavit. Ut autem hic μῆλα βαρύβρομα, ita in Acharn. vs. 666. μῆλα ἔντονα.

vs. 315. Ἀνδράζειν ἀργοῖς] Philosophis & μετεωρολόγοις.

vs. 317. Κρῖσιν καὶ κατάληψιν] Hinc rhetor quidam dicitur κριτικὸς & καταληπτικὸς in Equit. vs. 1373.

vs. 318. Ταῦτ' ἄρ'] Ita Edd. priscae; non τοῦτ' ἄρ'.

Ibid. Ταῦτ' ἄρα] Pro διὰ ταῦτα aut καλὰ ταῦτα, ut infra, vs. 334. ταῦτ' ἀρ' ἐποίουν ὑγρᾶν &c. & vs. 352. ταῦτ' ἄρα ταῦτα, Κλεώνυμον —— ἰδοὺ ἰδού —— ἅλαφοι διὰ τοῦτ' ἀγίνοντο. In Thesmoph. vs. 174. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φίλιππος

κλαυσ.

Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ, κἀξ ὧδὶ καπνὸν τενολεχεῖν,
Καὶ γνωμιδίῳ γνώμιον νύξασ' ἑτέρῳ λόγῳ ἀντιλογῆσαι.
Ὥστ', εἴ πως ἔστιν, ἰδεῖν αὐτὰς ἤδη φανερῶς ὑπεθυμῶ.
ΣΩΚΡ. Βλέπε νυν δδὶ πρὸς τὸ Πάρνηθ'. ἤδη γὰρ ὁρῶ καπύσας
Ἡσυχ' αὐτάς. ΣΤΡ. Φέρε πῦ; δεῖξον. ΣΩΚΡ. Χωρῦσ' αὖται πάνυ πολλαί,
Διὰ τῶν κοίλων κἀτῶν δασέων αὖται πλάγιαι. ΣΤΡ. Τί τὸ χρῆμα;
Ὡς ἀκαθορᾷ. ΣΩΚΡ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤΡ. Ἤδη νῶν ἡ μόλις ἀθρῶ.
ΣΩΚΡ. Νῶν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς, εἰ μὴ λημᾷς κολοκυύταις.
ΣΤΡ. Νὴ Δί' ἔγωγ', ὦ πολυτίμητοι. πάνυ γὰρ ἤδη κατέχουσι.
ΣΩΚΡ. Ταύτας μέντοι σὺ θεὰς οὔσας οὐκ ἤδεις, ἀδ' ὑόμιζες;
ΣΤΡ. Μὰ Δί' ἀλλ' ὁμίχλιν ἀργόν γε καὶ σκιὰν εἶναι.
ΣΩΚΡ. Οὐ γὰ μὰ Δί' οἶδ' ὁπὴ πλείστους αὖται βόσκουσι σοφιστάς,
Θεσμοπάντεις, ἰατροτέχνας, σφαγιδονυχαργυρομήτας,
Κυκλίων τε χορῶν ἀσματοκαμπτάς, ἄνδρας μετεωροφένακας·
Οὐδὲν ἀργοῦσ βόσκουσ' ἀργούς, ὅτι ταύτας μουσοποιοῦσιν.
ΣΤΡ. Ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν Νεφελᾶν τραπάγλαν δαίων ὁρμάν,
Πλοκάμους θ' ἑκατογκέφαλα Τυφῶ, φρημαγόσας τε θυέλλας,
Εἶτ' ἀερίας, διερὰς, γαμψὰς οἰωνὰς, ἀερονηχεῖς,
Ὄμβρους θ' ὑδάτων δροσερᾶν Νεφελᾶν. εἶτ' ἀντ' αὐτῶν κατέπινον
Κεφᾶν τεμάχη μεγάλαν, ἀγαθᾶν, κρέα τ' ὀρνίθεια γε κιχλᾶν.
ΣΩΚΡ. Διὰ μοῦ τοι τασδ' ἀκὴ δικαίως; ΣΤΡ. Λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι,

Εἶπες

καλῆς αἰσχρὸς ἂν αἰσχρῶς ποιεῖ. In Avibus vſ. 119. ταῦτ' ἂν ἐκίτας τῷ πρὶς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα. Vide variantes Lectiones.

vſ. 320. Ἀντιλογῆσαι] Idem dicit paullo aliter infra, vſ. 1036. ἅπαλα ταῦτ' ἐναντίαις γνώμαισι συνταράξαι.

vſ. 322. Τὸν Πάρνηθα] Parnes mons Atticae. Scholia ad Acharn. vſ. 347. Steph. Byzant. dicit maſculini & foeminini generis eſſe hoc nomen: in foeminino dicit occurrere in hoc Ariſtophanis loco, quem etiam ibi citat, ut & Scholiaſtes ad hunc locum.

vſ. 325. Παρὰ τὴν εἴσοδον] Similis locus in Comoedia Comici noſtri, quam inſcripſerat Νῆσοι, *Inſulae*: τί σὺ λέγεις; εἰσὶ δὲ πᾶ; αἰδὼ κατ' αὐτὴν, ἣν βλέπεις, τὴν εἴσοδον· *Quid tu dicis? ubi ergo ſunt? Iſtae ſunt apud ipſum, quem vides, aditum.* Hunc locum citat Scholiaſtes ad Aves vſ. 297. ubi etiam docet εἴσοδον dici, ἢ ὁ χορὸς εἰσειζιν εἰ τῇ σκηνῇ· *locum in ſcena ſive in theatro, qua Chorus intrat.*

vſ. 330. Πλείστους βόσκουσι σοφιστάς] Quos hic Sophiſtas intelligat ipſe dicit in ſequentibus, nempe: Vates, medicos, & Dithyrambicos Poëtas; hos dicit ali a Nubibus, quia eorum artes circa Nubes occupatae ſint, per quas artes facile cibum inveniant.

vſ. 331. Θεσμοπάντεις] Hac voce notat praecipue Lamponem vatem; quem Athenienſes cum aliis quibusdam praefecerant Coloniae in Sybarin, quae poſtea *Thurium* dicta eſt, deducendae, ut teſtatur Diodorus Siculus Lib. XII. & Scholiaſtes Comici ad praeſentem locum: item ad Aves vſ. 521. ubi etiam addit, quod praecipue ad hanc rem facit: Eum videlicet de publico in Prytaneo cibum habuiſſe: ἔτυχε δέ, inquit, καὶ τὸ ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι· quod non niſi illuſtribus viris & de Rep. praeclare meritis alias contingebat: & tamen ut iſte, ita Hierocles quoque hunc honorem conſecutus eſt, qui & ipſe vates erat, quamvis non magni pretii; adeo ut Comicus eum etiam in Theatro auſus fuerit traducere, in *Pace*, ubi inter alia, quibus falſe ridetur, ad eum Trygaeus dicit vſ. 1085. ὅποτε ἀειπνήσεις τὰ λοιπῦ γ' ἐν Πρυτανείῳ· ubi vide Notam. Vult itaque Lamponem, & ſimiles homines perſtringere tanquam indignos illo honore. Quomodo autem vatum ſive haruſpicum ars circa Nubes verſetur id ſatis planum eſt; ſolent enim coelum contemplari, & ex volatu avium auſpicia capere.

Ibid. Ἰατροτέχνας] Medicos videtur intelligere eos, qui vel publice conducerentur, ut Democedes ante haec tempora conductus fuerat ab Athenienſibus, teſte Herodoto in Thalia: vel qui in Prytaneo etiam alerentur; ut Hippocrates & ejus poſteri; Soranus in Vita Hippocratis: καὶ παρ' Ἀθηναίοις (ἔτυχε τιμῶν), οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δωδεκάτῳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν, καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδωσαν εἰς ἐκγόνους· *Apud Athenienſes etiam conſecutus eſt honores: & iſte alter fuit (alienigena) poſt Herculem,*

Et de rebus subtilibus disputare, & de fumo garrire,
Et sententiola sententiolam pungendo alteri orationi contradicere.
Adeo ut cupiam, si quo pacto liceat, eas aperte videre.
Socr. Specta nunc huc ad Parnethem. jam enim cerno descendentes
Ipsas tacite. Str. Age ubi? ostende. Socr. Procedunt multae admodum, istae,
Per loca cava & densa, istae *inquam* obliquae. Str. Quid hoc rei?
Quod eas non video. Socr. Juxta aditum. Str. Jam demum vix eas video.
Socr. Nunc tandem vides ipsas, nisi gramias in oculis habeas instar cucurbitae.
Str. Ita profecto, ô venerandae. Omnia enim jam occuparunt.
Socr. Has tamen tu Deas esse nesciveras, neque eas pro deabus habebas.
Str. Non certe; verum nebulam & rorem, & umbram eas existimabam esse.
Socr. Non enim profecto scis, quam multos istae alant Sophistas;
Vates Thurinos; medicos; homines comtos & delicatulos:
Cyclicorum chororum poëtas, & flexores modorum, qui semper jactant res aethereas.
Hos *inquam* alunt otiosos & nihil agentes, quoniam ipsas celebrant.
Str. Propterea igitur versibus suis crepabant humidarum nubium, lucem avertentium celerem impetum,
Cirrosque centicipitis Typhonis, furentesque procellas:
Item aërias, udas, aduncas, in aëre natantes volucres:
Imbresque aquarum rorantium nubium. Deinde pro his *versibus* deglutiebant
Mugilum magnorum & bonorum frusta, carnesque turdorum.
Socr. Propter has tamen immerito. Str. Dic jam mihi, quid eis accidit,

Si

tulem, qui ab ipsis initiatus fuit sacris Eleusiniis: in civium etiam catalogum eum inscripserunt, & cibum in Prytaneo dederunt, ad posteros usque. Pertinet autem ad Medicos etiam Meteorologia; Hippocrates in Libro περὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων, scribit: ἐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν· *Non parum confert Astronomia ad artem medicam.*

„ Ibid. Σοφιστοτυχαγοκομήτας] Vocem hanc Ety-„ mologus sic explicat: ἀπὸ τοῦ σοφιστὴς, καὶ ὄνυξ, καὶ „ ἀγὸς, καὶ κόμη· οἱονεὶ ὁ φέρων τοὺς δακτυλίους μέχρι τῶν „ ὀνύχων, καὶ ὁ ἀγὸς ἔστι καὶ κομᾶται." Kusterus.

vs. 332. Κυκλίων] Dithyrambici Poëtae docebant Choros ad Ludos Solennes, & a Chorago mercedem accipiebant: Scholiastes dicit etiam quosdam eorum in Prytaneo cibum habuisse, infra, ad vs. 338. istos etiam a Nubibus ali dicit Comicus; quia eorum ars, qua victum quaerunt, circa Nubes versetur, ut qui assidue de meteoris canere soleant: in Avibus vs. 1387. κρίμαλα μὲν ἔν ἐντεῦθεν ὑμῶν ἡ τέχνη· τῶ διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γινεῖαι ἄρτια, καὶ σκότια, καὶ κυανανγῆα καὶ πτεροδόνητα. Et in Pace vs. 830. dicit animas dithyrambodidascalorum in aëre volitare.

Ibid. Ἀσματοκάμπτας] Infra vs. 967. ἢ κάμψειέ τινα καμπὴν, οἵας οἱ κατὰ Φρῦνιν τὰς δυσκολοκάμπτας.

vs. 334. Ταῦτ' ἀρ' ἐτοίων] Hic jam exempla affert ex dithyrambicis poëtis, ut ostendat illos meteora cantare; de Nubibus volantibus, de fulminibus, de procellis, de avibus in aëre natantibus, de imbre: & utitur Dorica dialecto illorum more.

vs. 335. Τυφὼς] Est ventus vehemens, qui in vorticem contortus intra densam nubem luctatur; qui si ibi accendatur, fit πρηστὴρ, & aërem igne inficit, ut docet Aristoteles Lib. III. Meteor. Cap. I. Veteres, qui res naturales fabulis involvere solebant, unum ex Gigantibus, qui Diis bellum intulerint, faciunt hoc nomine; Aeschylus in Prometheo vs. 352. δαΐων πῖρας ἑκατοντακράνου Τυφῶνα θῆρον, πᾶζον ὃς ἀντίαν θεὸς —— ἐξ ὀμμάτων δὴ' ἀστραπὴς γοργωπὸν σέλας· *Horrendum prodigium, Centicipitem Typhonem impetuosum, qui omnibus se opposuit Diis —— ex oculis autem fulgurabat visu terribilem fulgorem.*

vs. 337. Κατέπινον] Lucianus Asino: μάζας ὅλας ποιῦσα κατέπινεν· *mazas fecit & integras absorpsit.* Plato in Euthyphrone: καὶ τοῦτον (τὸν Δία) ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν ἐκ οὐ δίκη· *& ipsum (nempe Jovem) fatentur suum patrem vinxisse, quia filios deglutiebat injuste.* Lucianus de eadem re in Saturn. ἐκεῖνα δὲ (ἡ Ῥέα) ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκέ σοι καταπιεῖν· *Illa autem (nempe Rhea) Jove surrepto, lapidem supponens dedit tibi loco infantis deglutiendum.* Alciphron Epist. 22. Lib. I. πρὸς τὰς καταπόσεις (τοῦ πλακοῦντος) εὐτρεπιζόμενον· *ad absorbendam placentam meipsum paratus.* Ubi videri possunt quae annotavi.

Εἶπες Νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θηταῖς εἴξασι γυναιξίν;
Οὐ γὰρ ἐκεῖναί γ' εἰσὶ τοιαῦται. ΣΩΚΡ. Φέρε ποίαις γάρ τινές εἰσιν;
ΣΤΡ. Οὐκ οἶδα σαφῶς· εἴξασίν γ' ὧν ἐείοισιν πεπαμμένοισιν,
Κοὐχὶ γυναιξὶν μὰ Δί' ὀδ' ὁπῇ, αὗται δὲ ῥῖνας ἔχουσιν.
ΣΩΚΡ. Ἀπόκειναι νῦν ἄπ' ἂν σ' ἔρομαι. ΣΤΡ. Λέγε νῦν ταχέως ὅ, τι βούλῃ.
ΣΩΚΡ. Ἦλθ' ποτ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλιον Κενταύρῳ ὁμοίαν;
Ἢ παρδάλῃ, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ; ΣΤΡ. Νὴ Δί' ἔγωγ'. Εἶτα τί τοῦτο;
ΣΩΚΡ. Γίνονθ' πάνθ' ὅ, τι ἂν βούλωνθ'· κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην
Ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντην,
Σκώπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ, Κενταύροις εἴκασαν αὐτάς.
ΣΤΡ. Τί γὰρ ἰὼ ἅρπαγα τὸν δημοσίων καπήλων Σίμωνα, τί δρῶσιν;
ΣΩΚΡ. Ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ, λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.
ΣΤΡ. Ταῦτ' ἄρα, ταῦτα Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι,
Ὅλη δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι ἀφ' ὑπὸ τοῦτ' ἐγένοντο.
ΣΩΚΡ. Καὶ νῦν ὅλη Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, ἀφ' ὑπὸ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες.
ΣΤΡ. Χαίρετε τοίνυν γ', ὦ δέσποιναι, ἡ νῦν, εἶπες πινὰ κἄλλα,
Οὐρανομήκη ῥήξατε καὶ μοὶ φωνὴν, ὦ παμβασίλειαι.

ΣΥΣΤΗΜΑ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ, ΣΤΙΧΩΝ νδ'.

ΧΟΡ. Χαῖρ', ὦ πρεσβῦτα παλαιγενὲς, ὦ θηρατὰ λόγων φιλομύθων,
Σύ τε λεπτοτάτων λήρων ἱερεῦ· φέρε πρὸς ἡμᾶς ὅ, τι χρῄζεις·
Οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ' ὑπακούσαιμὶν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν,
Πλὴν ἢ Προδίκῳ· τῷ μέν, σοφίας καὶ γνώμης εἵνεκα· σοὶ δέ,
Ὅτι βρενθύῃ τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ φθαλμὼ παραβάλλῃ,
Κἀνυπόδητος κακὰ πολλ' ἀνέχῃ, κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

ΣΤΡ.

vs. 348. Ἀγρίων] Harpocratio: ἀγρίας Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου τὰς σφόδρα ἐπιτεταμένας περὶ τὰ παιδικὰ, καὶ χαλεπὰς παιδεραστὰς φησί. καὶ ἄγριον κυβευτὴν Μένανδρος λέγει τὸν σφόδρα κυβεύειν ἐσπουδακότα.

Ibid. Τὸν Ξενοφάντα] Scholiastes Hieronymum dithyrambicum Poëtam dicit esse Xenophantis hujus filium, iste ergo unus est ex illis *hirsutis*. in Acharnensibus 388. λαβὲ δῆτ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου σκοτεδασυπυκνότριχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν. Ubi Scholia: ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν.

vs. 349. Κενταύροις] Ifti parte illa, qua equi sunt, sunt hirsuti.

vs. 350. Σίμωνα] Hujus & infra vs. 398. meminit tanquam perjuri.

vs. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν] Hunc saepe perstringit tanquam timidum, & qui arma abjecerit; inprimis autem in Pace vs. 1299. ubi ejus filium facit Distichon aliquod canentem in Convivio de Patre: Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ Ἔντοσθε ἀμώμητον κάλλιπεν ἐν θελάμοις.

vs. 354. Κλεισθένη] Hunc tanquam formae nimium studiosum instar mulieris, & mulierosum, non semel notat. In Thesmoph. vs. 581. introducit eum loquentem; φίλαι γυναῖκες ξυγγενεῖς τἀμὰ τρόπα· ὅτι μὲν φύ-

λ

Si revera sunt Nubes, ut similes sint factae mulieribus?
Non enim illae sunt tales. SOCR. Age, quales ergo sunt?
STR. Non satis certo scio: saltem similes videntur lanis expansis,
Non certe mulieribus, nec tantillum; hae autem nares habent.
SOCR. Responde mihi quod te interrogabo. STR. Dic cito quicquid vis.
SOCR. Vidistin' aliquando suspiciens Nubem Centauro similem,
Aut pardo, aut lupo, aut tauro? STR. Profecto: sed quid tum postea?
SOCR. Fiunt quicquid libitum est: &, si videant crinitum
Aliquem & ferum (paediconem) ex istis hirsutis, qualis est Xenophantis F.
Ejus insaniam ridentes Centauris se assimilant.
STR. Quid vero faciunt, si videant depeculatorem aerarii Simonem.
SOCR. Ut demonstrent mores ejus, lupi repente fiunt.
STR. Propterea ergo Cleonymum istae heri conspicatae, qui clypeum abjecit,
Quia istum timidissimum videbant, cervi factae sunt.
SOCR. Et nunc quia Clisthenem viderunt propterea, ut vides, mulieres sunt factae.
STR. Salvete itaque ô Dominae, atque jam, si cui alii *unquam*,
Etiam mihi vocem rumpite quae coelos feriat, ô praepotentes reginae.

SYSTEMA SECUNDUM PERICOPEN, VERSUUM LIV.

CHOR. Salve ô senex olim nate, investigator sermonum sapientium;
Tuque subtilissimarum nugarum sacerdos, dic nobis cujus rei indiges.
Neque enim facile obediamus alii eorum sophistarum, qui nunc coelestia contemplantur,
Excepto Prodico; huic quidem sapientiae & ingenii causa: tibi vero,
Quia superbe incedis & torve intueris, hac illac oculos versans
Et discalceatus multa mala pateris, & nobis fretus vultum ad gravitatem componis. STR.

λ@ εἶμ' ὑμῖν ἱππόκλ@ ταῖς γνάθοις· γυναικισμανῶ γάρ.
vs. 357. Χαῖρε] Strepsiadem salutant, deinde & Socratem.

vs. 360. Πρόδικῳ] Hoc loco quidem videtur honoris causa nominare hunc Prodicum; in Avibus tamen vs. 693. dicit Πρόδικῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἰπεῖν τοιοῦτόν, satis inclementer.

vs. 361. Ὅτι βρενθύῃ] In Sympolio Platonis, ubi Alcibiades narrat, qualem se Socrates militiae gesserit, & quomodo, ceteris Athenienſibus, cum apud Delium victi essent, fugientibus, ipse receſserit; ad Comicum nostrum, qui in illo convivio aderat, se convertens Alcibiades dicit: ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥσπερ κἀνθάδε, βρενθυόμενόν@ καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων· *Et mihi quidem videbatur, o Aristophanes, ſecundum tuum illud dictum, ſic etiam incedere, quemadmodum & hic, magnifice inambulans & oculos huc illuc circumferens.* De hac voce videri possunt Notae Doctissimi Hemsterhusii ad Lucianum p. 54.

Ibid. Τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλ] Pro παραβάλλων. In Equitibus vs. 163. active: ἐ ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν ἐ δεξιάν, ἐ εἰ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα. Ubi vide notam.

vs. 362. Καινοπόδη@] Vide Notata ad vs. 103.

ΣΤΡ. Ὦ γῆ ὦ φθέγμαΘ· ὡς ἱερὸν, ᾗ σεμνὸν, ᾗ τερατῶδες.
ΣΩΚΡ. Αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαί· τἄλλα δὲ πάντ' ἐστὶ φλύαρΘ.
ΣΤΡ. Ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν, φέρε πρὸς τῆς γῆς, ὁ ὑλύμπιΘ ᾗ θεός ἐστιν;
ΣΩΚΡ. ΠοῖΘ Ζεύς; ᾗ μὴ ληρήσῃς, ὐδ' ἐστὶ Ζεύς. ΣΤΡ. Τί λέγεις σύ;
Ἀλλὰ πῖς ὕει; τοῦτὶ γὼ ἐμοί γ' ἀπόφηναι πρῶτον ἁπάντων.
ΣΩΚΡ. Αὗται δήπου, μεγάλοις δέ σ' ἐγὼ σημείοις αὐτὸ διδάξω.
Φέρε, πῶ γὼ πώποτ' ἄνευ Νεφελῶν ὕοντ' ἤδη τεθέασαι;
Καί τοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτόν, παύσας δ' ἀποδημεῖν.
ΣΤΡ. Νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτο γέτοι τῷ νυὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας·
Καί τοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ὤμην ἀφ' κοσκίνου ὑρεῖν.
Ἀλλ' ὅς τις ὁ βροντῶν ἐστι, φράσον· τοῦτό με ποιεῖ τεθρεμαίνειν.
ΣΩΚΡ. Αὗται βροντῶσι κυλινδόμεναι. ΣΤΡ. Τῷ τρόπῳ, ὦ πάντλα σὺ τολμᾷς;
ΣΩΚΡ. Ὅταν ἐμπλησθῶσ' ὕδατΘ πολλοῦ, καἀναγκασθῶσι φέρεσθαι
Κατακρημνάμεναι πλήρεις ὄμβρου δι' ἀνάγκην, εἶτα βαρεῖαι
Εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι, ῥήγνυνται ᾗ παταγοῦσιν.
ΣΤΡ. Ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστί τις αὐτάς, ὐχ ὁ Ζεύς, ὥς τε φέρεσθαι;
ΣΩΚΡ. Ἥκιστ', ἀλλ' αἰθέριΘ δῖνΘ. ΣΤΡ. ΔῖνΘ; τυπί μ' ἐλελήθει,
Ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ δῖνΘ νυὶ βασιλεύων.
Ἀτὰρ ὐδέπω τοῦτ' ἔγωγε πάτταλον ᾗ τὸν βροντῆς μ' ἐδίδαξας.
ΣΩΚΡ. Οὐχ ἥκουσάς μου, τὰς Νεφέλας ὕδατΘ μεγὰς ὄντ' φημὶ,
Ἐμπεπλῶσας εἰς ἀλλήλας παταγεῖν ἀφ' ὑπερφυᾶ πυκνότητα;
ΣΤΡ. Φέρε τοῦτὶ τῷ χρὴ πιστεύειν; ΣΩΚΡ. Ἀπὸ σαυτοῦ γώ σε διδάξω.
Ἦδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, εἶτ' ἐταράχθης
Τὴν γαστέρα, ᾗ κλόνΘ ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν;
ΣΤΡ. Νὴ τὸν Ἀπόλλω, ᾗ δεινὰ ποιεῖ γ' ὀρθῶς μοι, ᾗ τετάρακΘ,
Χ' ὥσπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, ᾗ δεινὰ κέκραγεν·
Ἀπρέμας πρῶτον παππάξ· καἄπειτ' ἐπάγῃ παπαπαππάξ.
Χ' ὅταν χέζω, κομιδῇ βροντᾷ παπαπαππάξ, ὥσπερ ἐκεῖνα.
ΣΩΚΡ. Σκέψαι τοίνυν γ' ἀπὸ γαστριδίου τουτὶ οἷα πέπορδας·

Τὸν

vs. 364. Τὰ δ' ἄλλα] Euripides in Cyclope vs. 315. ὁ πλεῖστΘ ἀνθρωπίσκος τοῖς σοφοῖς θεός· τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι· *Divitiae, homuncio, sunt sapientibus Deus; cetera autem sunt inanes strepitus & verborum lenocinia.*

vs. 369. Πῶ γὰρ πώποτε] Simili argumento negat & Lucretius Jovem fulminare, quamvis ille non neget exiſtentiam deorum, Lib. VI.

Denique cur nunquam coelo jacit undique puro
Jupiter in terras fulmen, ſonitusque profundit?

vs. 371. Τῶτο γέτοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας] Aeſchylus in Supplicibus vs. 284. καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύζω λόγῳ· *& haec omnia verbis meis fuciam vera.* προσφύειν eſt *facere ut aliquid accreſcat*, deinde metaphorice: *argumentis aliquid affirmare.* Forte autem *aſſertio* apud Latinos pro affirmatione, per ſimilem metaphoram dicitur, atque προσφύειν apud Graecos pro ἀποδεικνύειν. ita autem exponit hoc verbum Scholiaſtes Aeſchyli. Sic εὖ προσοιδάζεις in Equitibus vs. 35. Scripſi τῶτο in Comici loco, non autem ut alii τοῦτο, propter ſenſum & metrum.

vs. 374. Ὦ πάντλα σὺ τολμῶν] Sophocles in Oedipo Coloneo vs. 754. ὦ πάντλα τολμῶν κἀπὶ πανοῦργα ἀν φέρων λόγῳ δικαίῳ μηχάνημα ποικίλον· *O audax ad omnia qui ex qualibet re juſtae orationis ſpeciem comminiſceris?*

vs. 377. Εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι] Lucretius VI.

Principio tonitru quatiuntur coerula coeli,
Propterea, quia concurrunt ſublime volantes

Aethe-

STR. O terra, qualis haec vox est? quam sacra, quam venerabilis, quam prodigiosa:
SOCR. Enimvero istae solae sunt Deae: caetera omnia sunt nugae.
STR. Sed Jupiter Olympius nonne Deus nobis est, per terram te obtestor.
SOCR. Quis Jupiter? quaeso ne nugeris. Neque est Jupiter. STR. Quid tu dicis?
Quis pluit ergo? istud mihi demonstra primum omnium.
SOCR. Hae scilicet; magnis autem signis & argumentis hoc docebo.
Age, ubi tu Jovem unquam pluere vidisti sine nubibus?
Atqui oportebat coelo sereno eum pluere, has vero aliorsum proficisci.
STR. Recte, ita me Apollo amet, istud ratione tua adstruxisti.
Etenim antehac revera putabam Jovem per cribrum mejere.
Sed quis ille sit, qui tonat, dic; hoc facit me tremere.
SOCR. Hae tonant, cum volvuntur. STR. Quomodo, audacissime?
SOCR. Ubi repletae fuerint multa aqua, & vi impulsae ut ferantur,
Praecipites ruentes necessitate quadam, plenae imbris, inde graves
In se invicem incidentes, rumpuntur & edunt fragorem.
STR. Sed quisnam est, qui impellit eas ut ferantur? nonne Jupiter?
SOCR. Minime, verum aetherius turbo. STR. Turbo? Hoc me latuerat,
Jovem nimirum non esse, sed pro eo turbinem nunc regnare.
At de fragore & tonitru me nondum docuisti.
SOCR. An non audivisti quod dico, Nubes plenas aqua
Incidentes in se invicem fragorem edere propter densitatem?
STR. Age, quomodo hoc possim credere? SOCR. A teipso ego te docebo.
Si quando Panathenaeorum festis diebus esses impletus jure, fuitne tibi turbatus
Unquam venter, & tumultus subito ipsum pervasit cum murmure?
STR. Ita profecto. & quidem statim incipit me pessime tractare, & turbatus est.
Et jusculum sicut tonitru strepit, & acerrime vociferatur:
Primo sensim, pappax: mox deinde subjungit papapappax:
Et quando caco, plane tonat papapappax, ut illae.
SOCR. Considera igitur e tantillo ventre quam vehementer pepederis.

Aërem

Aetherene nubes contra pugnantibus, ventis.

vs. 379. Αἰθέρι δῖνος] Euripides in Alcestide vs. 243. ἐρέτιαί τε δίναι νεφέλας δρομαίας· *Coelestesque turbines nubis velocis.* Comicus infra vs. 829. & alibi: Δῖνος βασιλεύει Δι' ἐξελήλακε. Sumsit autem hanc vocem ridiculi causa; nam inter Δῖνος & Διός, qui est Genitivus à Ζεύς, non est magna differentia respectu literarum: est autem Δῖνος vox ambigua, nam & *vorticem* significat: & *poculi fictilis* quoddam genus *grandioris*, ut testatur Scholiastes ad hunc locum & alibi: Athenaeus etiam Lib. XI. commemorat inter Pocula Δεῖνον, qui nescio an idem sit. Apparet autem tale Poculum in Theatro positum fuisse in hac Comoedia, quasi statuam Dei scilicet, ut res videatur magis ridicula; nam infra vs. 1476. quasi digitum intendens ad illud Poculum, dicit: διὰ τουτονὶ τὸ δῖνον· οἶμαι δεινὸς ὅστις καὶ σὲ χυτρίνην ὄντα, θεὸν ἡγήσατ' ἂν.

vs. 384. Τῷ χρὴ πιστεύειν] Pro τίνι. Similiter Euripides in Ione vs. 1344. τῷ τόδε γνώσομαί με χρή; *Qua ratione possum hoc scire?*

vs. 386. Διεκεκορύγησεν] A κορκορυγὴ, quod significat *turbulentum motum*; in Lysistrata vs. 494. δεῖ τινα κορκορυγὴν ἐκβύκειν. In Pace vs. 992. λῦσον δὲ τὰς μάχας καὶ τὰς κορκορυγάς.

vs. 387. Δεινὰ ποιεῖ] Infra vs. 583. τὰς ὀφρῦς συνάγομεν καθεσθῶμεν δεινά. In Ranis vs. 1119. καὶ δεινὰ ποιεῖν.

Τὸν δ' ἀέρα τόνδ' ὄντ' ἀπέραντον, πῶς οὐκ εἰκὸς μέγα βροντᾶν.
Ταῦτ' ἄρα κἀ τὼ 'νόματ' ἀλλήλοιν βροντὴ κἀ ποδὴ ὁμοίω.
ΣΤΡ. Ἀλλ' ὁ κεραυνὸς πόθεν αὖ φέρεῖ, λάμπων πυρί; τοῦτο δίδαξον.
Καὶ καταφρύγῃ βάλλων ἡμᾶς, τὰς δὲ ζῶντας ᾤφλυῇ.
Τοῦτον γὼ δὴ φανερῶς ὁ Ζεὺς ἵησ' ἐπὶ τὰς ἐπιόρκους.
ΣΩΚΡ. Καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ, κἀ Κρονίων ὄζων, κἀ βεκκεσέλινε,
Εἶπερ βάλλῃ τὰς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' οἴσεται,
Οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον· καί τοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι;
Ἀλλὰ τ' αὐτῶ γε νεὼν βάλλῃ, κἀ Σούνιον ἄκρον Ἀθωνίων,
Καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας· τί παθών; ὁ γὼ δὴ δρῦς ἐπορκεῖ.
ΣΤΡ. Οὐκ οἶδ', ἀτὰρ εὖ σὺ λέγειν φαίνῃ. τί γάρ ἐστιν δῆθ' ὁ κεραυνώς;
ΣΩΚΡ. Ὅταν εἰς αὐτὰς ἄνεμος ξηρὸς μετεωρισθεὶς κατακλεισθῇ,
Ἔνδοθεν αὐτὰς ὥσπερ κύστιν φυσᾷ· κἄπειθ' ὑπ' ἀνάγκης
Ῥήξας αὐτὰς, ἔξω φερεῖ σοβαρὸς, ἅμ' τ' πυκνότητα,
Ὑπὸ τῆ ῥοίβδῃ κἀ τ ῥύμῃ αὐτὸς ἑαυτὸν κατακαίων.
ΣΤΡ. Νὴ Δί', ἔγωγ' ἦν ἀπεχνῶς ἔπαθον τοῦτ' ποτὲ Διασίοισιν.
Ὤπλων γαστέρα τοῖς συγγένεσιν, κἄτ' οὐκ ἔχων ἀμελήσας.
Ἡ δ' ἄρ' ἐφυσᾶτ'· εἶτ' ἐξαίφνης ἀμαλακήσασα τῆς αὐτῶ
Τὼ φθαλμώ μ' ἐπεστέλησεν, κἀ κατέκαυσεν τὸ πρόσωπον.

ΣΥΣΤΗΜΑ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ ΣΤΙΧΩΝ κζ'.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Ὦ τῆς μεγάλης σοφίας ἐπιθυμήσας ἄνθρωπε παρ' ἡμῶν·
Ὡς εὐδαίμων ἂν Ἀθηναίοις κἀ τοῖς Ἕλλησι γένοιο,

Εἰ

vs. 394. Αὖ] Ita Edd. priſtinae, non ἄν, ut nuper.
vs. 397. Μῶρε] Ita Edd. priſtinae; non μωρὲ ut nuper.

Ibid. Βεκκεσέλινε] *Valde antiquum*, *anilem* ſignificat haec vox, & eſt Comice compoſita. Alludit autem ad hiſtoriam illam de rege Aegypti, qui ſcire volens, quinam eſſent primi hominum, duos infantes ita curaverat educari, ut nullius hominis vocem audirent: deinde cum fari per aetatem eos jam debere conjiceret; obſervavit, eos nihil potuiſſe dicere, niſi *beccos*, quod Phrygibus panem ſignificat; hos itaque antiquiſſimos homines eſſe putavit, quia iſti pueri, naturali inſtinctu, vocem Phrygiam ſonarent, ut tradit Herodotus in Euterpe, & Scholiaſtes ad hunc locum. Alludit etiam ad hiſtoriam de Arcadibus, qui dicebantur eſſe προσέληνοι, & fuiſſe antequam Luna eſſet; videndus Scholiaſtes Comici ad hunc locum, & Scholiaſtes Apollonii Rhodii ad Lib. IV. vſ. 264. ad haec verba: Ἀρκάδες οἱ καὶ πρόσθε σελήνης ὀδοῦσιν Ζείδωρον φηγὸν ἔδοντες ἐν ὄρεσσιν· *Arcades, qui celebrantur quaſi etiam ante lunam vixerint glandem edentes in montibus.*

vſ. 398. Πῶς οὐχὶ σύ γε] Lucretius VI.
Cur quibus incautum ſcelus averſabile cunque eſt,
Non faciunt (Dii), ibi flammas ut fulguris halent,
Pectore perfixo documen mortalibus acre?

vſ. 399. Κλεώνυμον] Hunc ſaepiſſime notat: alias tanquam timidum, ſi pugnandum ſit.

Ibid. Θέωρον] Et hunc aliquoties perſtringit, maxime in Veſpis tanquam adulatorem.

vſ. 400. Τὸν αὐτῶ γε νεὼν βάλλῃ] Lucretius VI.
Poſtremo cur ſancta Deum delubra, ſuasque
Diſcutit infeſto praeclaras fulmine ſedes:

Εἰ

Aërem autem hunc immensum quomodo non verosimile est tonare?
Hinc itaque & nomina ista, βροντὴ, πορδὴ, sunt similia inter se.
STR. Sed fulmen unde venit, igni coruscans? hoc doce;
Et comburit nos feriens, alios vivos amburit.
Hoc enim Jupiter manifesto jaculatur in perjuros.
SOCR. Et quomodo, ô fatue, & Saturni tempora redolens & Luna ipsa antiquior
Si perjuros jaculatur, quomodo, inquam, Simonem non incendit *fulmine*,
Et Cleonymum, nec Theorum, cum tamen valde isti sint perjuri?
Sed jaculatur suum ipsius templum & Sunium promontorium Athenienssium,
Et quercus magnas; quid ei accidit? non enim quercus utique pejerat.
STR. Nescio: recte tamen mihi dicere videris. quid itaque est fulmen?
SOCR. Quando ventus aridus sublime se tollens in ipsas inclusus fuerit,
Intus eas inflat tanquam vesicam: deinde ubi necessitate
Eas rupit, extrorsum fertur impetuosus, propter densitatem,
Stridore & impetu suo ipse se ipsum comburens.
STR. Profecto mihi idem omnino aliquando evenit Diasiorum festo die,
Torrebam ventriculum aliquem cognatis, quem aperire *cultro* neglexeram;
At ille inflabatur, deinde repente medius crepans in ipsos
Oculos mihi fartum mittebat, & faciem comburebat.

SYSTEMA SECUNDUM PERICOPEN, VERSUUM XXVII.

SOCRATES, STREPSIADES.

SOCR. O qui praeclaram sapientiam cupivisti comparare tibi nostra opera,
Quam beatus inter Athenienses & *omnes* Graecos eris,
Si

Et benefacta deum frangit simulacra? suisque
Demit imagiuibus violento vulnere honorem?
Aliaque cur plerumque petit loca? plurimaque hujus
Montibus in summis vestigia cernimus ignis?
Horat. *Feriuntque summos fulmina montes.*

„ Ibid. Σένιον ἄκρον Ἀθηναίων] Allusit ad versum il-
„ lum Homericum Odyss. γ. 278. ἀλλ' ὅτε Σένιον ἱρὸν
„ ἀφίκομεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν· unde apparet apud Comicum
„ nostrum pro Ἀθηναίων scribendum esse Ἀθηνῶν· quam
„ lectionem & metrum aperte flagitat." Kusterus.

vs. 403. Ὅταν εἰς αὐτὰς ἄνεμος] Egregia interpretatio istius versus & duorum sequentium est apud Lucretium VI. ubi tonitrus rationem exponit:

Cum subito validi venti conlecta procella
Nubibus intorsit sese, conclusaque ibidem
Turbine versanti magis ac magis undique nubem
Cogit, uti fiat spissa cava corpore circum.
Post ubi commovit vis ejus, & impetus acer
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem;
Nec mirum, cum plena animae vesicula parva
Saepe ita dat pariter sonitum dissplosa repente.

vs. 406. Ὑπὸ τῦ] Lucr. VI. de fulmine:

Insinuatus ibi vortex versatur in alto
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur; ipse suā nam
Mobilitate calescit: & e contagibus ignis.

Ibid. Τὰ ῥοιζδὲ καὶ τὸ ῥόμβος] Sophocles in Antigona vs. 1016. πλεράν γὰρ ἰοῖζος ἦν ἀκμᾶν· nam alarum tumultus non erat obscurus. Noster in Avibus vs. 1182. ῥόμβῳ τὸ καὶ πτερύγοιν καὶ ῥοιζήμασιν αἰθέρ· δονοῦντες.

Εἰ μήμων εἶ ἢ φρονιστὴς, ἢ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
Ἐν τῇ ψυχῇ, ἢ μὴ κάμνεις, μήθ' ἑστὼς, μήτε βαδίζων,
Μήτε γε ῥιγῶν ἄχθῃ λίαν, μήτε γ' ἀειγᾶν ὀπιθυμεῖς,
Οἴνῳ τ' ἀπέχῃ, ἢ γυμνασίων, ἢ τ' ἄλλων ἀνοήτων·
Καὶ βέλτιον τοῦτο νομίζεις, ὅπερ εἰκὸς δεξιὸν ἄνδρα,
Νικᾶν φράττων ἢ βυθῶν, ἢ τῇ γλώττῃ πολεμίζων.
ΣΤΡ. Ἀλλ' ἕνεκέν γε ψυχῆς σεσῳσμένος, δυσκολοκοίτου τε μεμίμνης,
Καὶ φειδωλῷ ἢ τρυσιβίῳ γαστρὸς ἢ θυμοσεπιδείπνου,
Ἀμέλῃ θαρρῶν, ἕνεκα τούτων ὀπταλικνύειν παρέχειμ' ἄν.
ΣΩΚΡ. Ἄλλο π δῆτ' ἢ νομεῖς εἶναι θεὸν ἢδέα, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς,
Τὸ Χάος τυτὶ, ἢ τὰς Νεφέλας, ἢ τ' Γλῶτταν, τέλα ταυτί.
ΣΤΡ. Οὐδ' ἂν ἀμελεχθείην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἁπάντων·
Οὐδ' ἂν θύσαιμ', οὐδ' ἂν σπείσαιμ', οὐδ' ὀπθείην λιβανωτόν.
ΧΟΡ. Λέγε νῦν ἡμῖν, ὅ, τι σοι δρῶμεν, θαρρῶν· ὡς οὐκ ἀτυχήσεις,
Ἡμᾶς πιὼν, ἢ θαυμάζων, ἢ ζητῶν δεξιὸς εἶναι.
ΣΤΡ. Ὦ δέσποινα, δέομαι τοίνυν γ' ὑμῶν τυτὶ πάνυ μικρὸν,
Τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σαδίοισιν ἄριστον.
ΧΟΡ. Ἀλλ' ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν· ὥστε τολοιπόν γ' ἀπὸ τυδὶ
Ἐν τῷ δήμῳ γνώμας ἀδεὶς νικήσῃ πλείονας ἢ σύ.
ΣΤΡ. Μή μοί γε λέγειν γνώμας μεγάλας· ἀ γὰρ τούτων ὀπθυμῶ·
Ἀλλ' ὅσ' ἐμαυτῷ τρεφοδικῆσαι, ἢ τὰς ῥᾳδίας διολιθεῖν.
ΧΟΡ. Τοῦτ' ἔξεστί τοίνυν γ', ὧν ἡμεῖς ἀ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς.
Ἀλλὰ σαυτὸν τῷδε θαρρῶν τοῖς ἡμετέροις τρεφοπόλοισιν.
ΣΤΡ. Δράσω τοῦθ' ὑμῖν πιστεύσας· ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει,
Διὰ τὰς ἵππους τὰς Κοππατίας, ἢ τ' γάμον, ὅς μ' ἐπέτειψεν.

vs. 416. Καὶ τ' ἄλλων ἀνοήτων] Non sum secutus Scholiastem, qui dicit vocem ἀνόητα hic notare τὰ ἀφροδίσια *res venereas*; nam si haec verba Comici, εἰ ἀπέχῃ γυμνασίων καὶ τ' ἄλλων ἀνοήτων, ita vertas: *Si abstines a gymnicis exercitiis & ab aliis rebus venereis*; illa exercitia etiam videbuntur esse res venereae: & perinde foret ac si quis dicat: *Si abstines a deambulationibus, & aliis hujusmodi cibi generibus.* Potest quidem illa vox quandoque ita accipi; ut etiam verbum μωραίνειν apud Euripidem in Andromache vs. 674. γυνὴ μωραίνουσα, ubi recte Scholiastes: ἀκολασταίνουσα, ἀσελγαίνουσα, πορνεύουσα. Vide etiam infra, ad vs. 1066. Sed hoc non ubique fieri debet.

vs. 1332. Ἰμωνιστρόφα] Scholiastes: οἷον, χοιτιστρόφα μέλη. Glossae: *Restio:* χοιτιστρόφος. Videtur autem vocem illam φλαττοθρατ φλαττόθρατ *restionis carmen* dicere; quia *restis* instar longa est: & quia quasi ex voce φλὲς est composita, quae *scirpum* significat, ut est in Glossis; possunt autem ex scirpo ἰμωνιὼ sive funes fieri a restionibus. In Ecclesiazusis vs. 352. facete dicit, illum qui diu cacabat, quasi longum funem cacare: ἀλλὰ σὺ μὲν ἰμωνιὼ ἀποπατεῖς. Ceterum videtur ille φλὲς in campo Marathonio praecipue provenisse; hinc versu praecedenti dicit: ἐκ Μαραθῶνος ἃ πίθων συνέλεξας &c.

vs. 1334. Τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ λειμῶνα] Comparat hunc Phrynichum cum apicula; clarius in Avibus vs. 741. & 749. νάπαισι, κορυφαῖσί τ' ἐν ὄρεσσιν — ἔνθεν ὦπτες ἃ μέλιττα, Φρυνίχου ἀμβροσίαν μελίαν ἀπεδώσατο καρπὸν, αἰὲι φέρων γλυκείαν ᾠδήν.

vs. 1337. Μελίτου] Hunc frigidum poëtam fuisse dicit Scholiastes.

vs. 1342. Ἐλεσβίαζεν] Quasi de Meretrice, ita loquitur de Euripidis Musa, & paulo ante dicebat eum a meretriculis sumere cantilenas; nota est obscoenitas Lesbidum: in Vespis vs. 1344. μέλλουσαν ἤδη λεσβιᾶν τὰς ξυμπότας. ergo idem fere esset, ac si dixisset ejus μέλη esse καταγλωττισμένα, ut Agathonis in Thesm. vs. 137. Aut alludit ad Proverbium: Λέσβιος ᾠδὸς quod de eo dicebatur, qui Musicam corrumperet & ad scurrilitatem flecteret. Vid. H. Stephan. Schediasm. cap. IX. p. 244. & Schrevel. ad Hesych. in Λέσβιος ᾠδός. Infra, vs. 1534. dicit Euripidem abjecisse Musicam, ἀπεβαλόντα τὴν Μουσικήν.

vs. 1344. Ἀλκυόνες αἱ παρ' ἀενάοις θαλάσσης κύμασι τωμύλλεσθε] Priusquam ostendam unde hoc ex Euripide sumserit Aeschylus, adscribam ex Scholiis quaedam:

To phlattophlattothrat.
BACCH. Quid to phlattothrat iſtud eſt? ex Marathone, aut
Unde collegiſti reſtionis carmina?
AESCH. At ego ex bono in aliud bonum
Traduxi haec, ne idem cum Phrynicho
Muſarum ſacrarum pratum viderer carpere.
Sed iſte (*Euripides*) ſumit (*cantica ſua*) ab omnibus meretriculis,
Scoliis Meliti, & Caricis tibiarum modis,
Leſſis, choricis cantilenis: id quod mox palam fiet.
Ferat aliquis lyram. Sed quid
Lyra ad hunc? ubi eſt iſta, quae teſtulis
Crepitantibus ludit? adesdum Euripidis Muſa,
Ad quam cantari apte poſſunt.
BACCH. Haec Muſa nunquamne Lesbias imitata eſt?

AESCH. Alcyones, quae apud perennes maris
Fluctus cantillatis,
Tingentes humidis alarum
Guttis corpus, rore humectatae.
Et vos quae ſub tectis in angulis habitantes
Araneae e e e e e evolvitis digitis
In jugo textorio extentas telas, &
Curas (*opera*) pectinis textorii carmen amantis.
Ubi (*apud maris fluctus*) tibiarum amans delphin ludit
Proris caerulea roſtra habentibus
Oracula ex ſtadia.

Uvae

dam: Χαρακτῆρές τὰ Εὐριπίδου μέλη, ὡς ἐκλελυμένα· *Characterem odarum Euripidis oſtendit, quaſi illae ſint diſſolutae*; deinde ad verſum ſeq. ἐξ ἄλλων καὶ ἄλλων Εὐριπίδου δραμάτων κόμματα τίθησι, καὶ οὐδὲν κατὰ τὸ ἑξῆς λέγει μέλος. ἔστι δὲ τὸ προκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι· *Ex aliis atque aliis dramatibus Euripidis adponit verſus, & nullam odam recitat ordine. Eſt autem praeſens iſte locus ex Iphigenia in Aulide.* Ubi etiam debuiſſet addere: *Haec non ad verbum ita referri ut habentur in Euripide, ſed mutata.* Quod autem ait iſtum locum eſſe ex Iphigenia in Aulide, in eo fallitur, ut puto; nam ibi hodie nihil tale eſt: ſed in Iphigenia Taurica eſt aliquid ſimile, nempe vſ. 1089. Ὄρνις, ἃ παιὰ τὰς πετρίνας Πόντου διυάδας, Ἀλκυὼν, Ἔλεγον οἶτον ἀείδεις· *O Avis, quae circa ſaxeos Ponti ſcopulos, Halcyon, lugubre fatum canis.* In ſequentibus & alia quaedam inde eſſe ſumta patebit. Etiam paulo poſt in Comico eſt εἰλίσσετε, & Tragico quoque paulo poſt praedictum locum εἰλίσσεσαν.

vſ. 1351. Κηρίδ@] Ex Meleagro Euripidis, ut ait Scholiaſtes.

Ibid. Ἀοιδᾷ] *Cantatorem* dicit radium textorium; quia, ut ait Scholiaſtes: αἱ ὑφάντριαι —— γυναῖκες ἐν τῷ ὑφαίνειν ᾄδουσιν· *mulieres inter texendum cantant.* Virg. I. Georg. vſ. 293.

Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto conjux percurrit pectine telas.

vſ. 1352. Ἵν' ὁ φίλαυλ@] Scholiaſtes monuit ad vſ. 1350. hoc eſſe ex Electra; integer locus ibi ſic habet, vſ. 435. Ἵν' ὁ φίλαυλ@ ἅλλεται δελφὶς, πρῴραις κυανεμβόλοις εἰλισσόμεν@· *Ubi tibiae amans delphinus exultabat proris caeruleis circumvolutus.*

Οἰνάνθας γάρ ἀμπέλω,
Βότρυ ἔλιχα παυσίπονον.
Περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.
Ὁρᾷς τ' πόδα τῦτον; ΔΙΟΝ. Ὁρῶ.
ΑΙΣΧ. Τί δαί; τῦτον ὁρᾷς; ΔΙΟΝ. Ὁρῶ.
ΑΙΣΧ. Τοιαῦτα μή τοι σὺ ποιῶν
Τολμᾷς τἀμὰ μέλη ψέγειν,
Ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον
Κυρίνης μελοποιδν;
Τὰ μὲ μέλη σε ταῦτα. βάλλομαι δ' ἔλε
Τὸν τ' μονῳδιῶν διεξελθεῖν τρόπον.
Ὦ νυκτὸς κελαινοφαὴς
Ὄρφνα, τίνα μοι δύσλιον
Ὄνειρον πέμπεις ἐξ ἀφανῦς,
Ἀΐδα παρέσπολον,
Ψυχὰν ἄψυχον ἔχοντα,
Μελαίνας νυκτὸς παῖδα,
Φοινικώδη δεινὰν ὄψιν,
Μελανονεκυείμονα,
Φόνια φόνια δερκόμενον,
Μεγάλως ὄνυχας ἔχοντα;
Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,
Κάλπιδί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
Θέρμετε δ' ὕδωρ,
Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἐκκλύσω.
Ἰὼ πάνπαι δαῖμον,
Τῦτ' ὀνεῖν' ἰὼ ξυνοικοι,
Τάδε πέρατα θεάσασθε.

Τὸν

vſ. 1355. Οἰνάνθας] Scholiaſtes ait eſſe ex Hypſipyle Eurip. & quod ſequitur παίβαλλ' ὦ τέκνον etiam.

vſ. 1358. Τὸν πόδα] Scholiaſtes: ἢ ῥυθμὸν, ἢ τὸ μέλος· ἀπὸ μέρους· *Rhythmum, aut carmen: per Synecdochen partis pro toto.*

vſ. 1362. Ἀνὰ τὸ] Ex Hypſipyle, ut ait Scholiaſtes, ubi: ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.

vſ. 1363. Κυρίνης] Haec valde ſubacta fuit meretrix, & profitebatur duodecim ſchemata coitus. Cum iſtis Schematibus componit carmina Euripidis; ſupra etiam, vſ. 1336. a meretricibus dicebat Euripidem ſumere carmina: ἔστιν δ' ἀπὸ πάντων μὲν σίρφ περιδίων. deinde vſ. 1342. de Euripidis Muſa dicit: αὕτη ποῦ ἢ Μὸ' ἐκ ἐλευσίζειν; ἔ; Cyrenes hujus mentionem facit etiam in Theſm. vſ. 103.

vſ. 1364. Τὰ μὲν μέλη σε ταῦτα] Pro τοιαῦτα. Vid. ad Plutum vſ. 8.

vſ. 1366. Ὦ νυκτὸς κελαινοφαὴς ὄρφνα] Aſclepiades apud Scholiaſtem putat haec ad imitationem illorum eſſe facta, quae ſunt in Hecuba Eur. vſ. 68. ὦ στεροπὰ Διὸς· ὦ σκοτία νύξ. τί ποτ' αἴρομ' ἰννυχος ἵππω δείμασι, φάσμασι; *O fulgur Jovis, o tenebroſa nox, quid tandem excitor de nocte ſic terroribus, ſpectris?* Ego autem, & huc puto Comicum reſpexiſſe, & ſimul, propter voces νυκτὸς ὄρφνα, ad illud in Iphigenia Taurica vſ. 151. Οἷαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείραν νυκτὸς, τὰς ἐξῆλθ' ὀρφνα; *Item qualem vidi imaginem ſomniorum hac nocte, cujus praeteriit caligo!*

Ibid. Κελαινοφαὴς] Ita Edd. priſtinae; non κελαινοφανὴς, niſi Aldina in Scholiis.

vſ. 1368. & ſeq. Πέμπεις — — αἴδα] In Iph. T. vſ. 159. ἀΐδα πέμψας· *Plutoni mittens.*

vſ. 1370. Ψυχὰν ἄψυχον] Vid. ad, vſ. 1376.

vſ. 1371. Μελαίνας νυκτὸς παῖδα] Hic ſomnum vocat noctis filium; at in Hecuba Somniorum mater dicitur terra,

Florentis vitis laetitiam, (*vinum*)
Uvae capreolum curas levantem.
Circumda mihi brachia, fili.
Videsne hunc pedem? BACCH. Video.
AESCH. Quid? an hunc vides? BACCH. Video.
AESCH. Hujuscemodi cum tu facias,
Audes mea carmina reprehendere,
Qui duodecim artes
Cyrenae imitaris in pangendis carminibus?
Carmina quidem tua hujuscemodi sunt. Volo autem adhuc
Monodiarum tuarum percurrere rationem.
ô Noctis nigram speciem habens
Caligo, quodnam mihi infelix (*triste*)
Insomnium mittis ex occulto,
Orci ministrum,
Animam inanimem habentem,
Nigrae noctis filium,
Horribili specie,
Nigris vestibus indutum,
Cum trucibus oculis,
Magnos ungues habentem.
Sed mihi ô famulae lucernam accendite,
Et in situlis e fluviis rorem date,
Et aquam calefacite
Ut divinum insomnium abluam. (*expiem*, sive *lustrem.*)
Io! maris Deus!
Hoc illud est: Io! contubernales,
Ista prodigia spectate.

Gallum

terra, vs. 70. ὦ πότνια χθὼν, μελανοπλεύρων μάτερ ὀνείρων· *O veneranda terra, nigras-alas-habentium somniorum mater.* Haec ex Scholiaste.

vs. 1376. & seq. Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι —— καλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄφατε] Aliis verbis idem dicit Eur. in Hecuba vs. 609. Σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεύχεσιν, ἀρχαία λάτρι, βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλὸς, Ὡς παῖδα λευτρὸς τοῖς πατρῴοις ἐμὴν, Νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἄπαρθενον Λύσω· *Tu autem accipiens urnam, antiqua ministra, intingens eam, affer huc de aqua marina, ut filiam lavacris postremis meam, Sponsam non-sponsam, virginem non-virginem lavem.* Quem locum adduxi totum, propter illud Comici, ψυχὰν ἄψυχον vs. 1370.

„ vs. 1379. Ὡς ἀν θοῦον ὄνειρον ἀποκλύσω] Veteres lavabant se, si vidissent insomnia minus laeta; Hinc „ Anna Soror Didonis apud Silium Italicum VIII. diro „ somnio exterrita dicit: —— *sub lucem ut visa secundent, Ore Coelicolas, ac vivo purgor in amni.* Ex Notis Kusteri. Persius Sat. 2. —— *& noctem flumine purgat.* quem locum citavit Stanlejus ad Persas Aeschyli vs. 200. ubi Atossa insomniis territa, dicit se, lotis prius manibus, sacrificare Diis, ut avertant mala: Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω. Ἐπεὶ δ' ἀνέστην, καὶ χεροῖν καλλιῤῥόῳ Ἔψαυσα πηγῆς, σὺν θυηπόλῳ χερὶ Βωμοῦ προσίστην, ἀποτρόπαισι δαίμοσι Θέλουσα θῦσαι πέλανον· *Et haec quidem noctu me vidisse dico; postquam vero surrexi, & manibus pulchrifluum tetigi fontem; sacrifica manu altari adstiti, avercuncis Diis oblatura libum.*

vs. 1380. Ἰὼ πόντιε δαῖμον] Iph. T. vs. 157. Ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸ μόνον μοι κασίγνητον συλᾷς· *O Sors, quae me fratre spolias unico.*

vs. 1381. Τἄτ' ἐκεῖνο.] Hoc illud est, quod mihi per somnum portendebatur; nempe Glyce mihi furata est gallum. Ridicule autem majestati Tragicae tribuit humilitatem plebejam, quae Comicis propria est. de τἄτ' ἐκεῖνο vide ad Aves vs. 853.

Τὸν ἀλέκτρυόνα μὲ ξυναρπά-
σασα Φρύδη Γλύκη.
Νύμφαι ὀρεσίγονοι,
Ὦ μανία ξύλλαβε·
Ἐγὼ δ' ἃ τάλαινα τοῦσδέχομ' ἔτυχον
Ἐμαυτῆς ἔργοισιν,
Λίνα μεσὸν ἄτρακτον
Εἰ εἰ εἰλίσσουσα χεροῖν,
Κλωστῆρα ποιῶν, ὅπως κνεφαῖος
Ἐς τ' ἀγορὰν φέρουσ' ἀποδοίμαν.
Ὁ δ' ἀνέπλατ' ἀνέπλατ' ἐς αἰθέρα
Κυφοτάταις πτερύγων ἀκμαῖς·
Ἐμοὶ δ' ἄχε' ἄχεα κατέλιπεν.
Δάκρυα δάκρυά τ' ἀπ' ὀμμάτων
Ἔβαλον ἔβαλον ἁ τλάμων.
Ἀλλ', ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα,
Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε,
Τὰ κῶλά τ' ἀμπάλλετε κυκλώμυοι
Τιὺ οἰκίαν. ἅμα δὲ
Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις
Καλὰ, ταὺς κυνίσκας
Ἔχουσ' ἐλθέτω σχολὴ δόμων
Πανταχῆ. σὺ δ', ὦ Διὸς,
Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας
Ὀξυτάταιν χεροῖν, Ἑκάτα,
Παρέφιλον εἰς Γλύκης, ὅπως
Εἰσελθοῦσα φωράσω.
ΔΙΟΝ. Παύσασθον ἤδη τῶν μελῶν.
ΑΙΣΧ. Κἀμοί γ' ἅλις.

Ἐπὶ

vs. 1384. Φρύδη] Iph. T. vs. 155. οἶμοι φρυδῶν γόνος· *Ebeu interiit meum genus.* In Hecuba vs. 163. φρυδῶν πρόσωπος, φρυδοὶ παῖδες. Haec quidem vox alibi etiam saepe occurrit; sed haec loca propterea adduxi, quia & antecedentia inde erant.

vs. 1385. Νύμφαι ὀρεσίγονοι] Ex Euripidis Xantriis, ut ait Asclepiades apud Scholiastem.

vs. 1386. Ὦ Μανία ξύλλαβε] Est nomen mulieris, & forte ancillae; in Thesmoph. vs. 738. ἰαμὼν ἐπὶ τὰς κληματίδας, ὦ Μανία. Machon apud Athenaeum XIII. p. 578. Ἴσως δ' ἂν ἀπορήσαι τις, εὐλόγως δ' ἅμα, Τῶν νῦν ἀκροατῶν, ἥτις Ἀττικὴ γυνὴ Προσηγορεύετ', ἢ ἐνομίσθη Μανία. Αἰσχρὸν γὰρ ἦτμα Φρυγιακὸν γυναῖκ' ἔχειν. Καὶ ταῦθ' ἑταῖραν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος· *Forte incertus quaeret, idque merito, aliquis ex auditoribus praesentibus, quaenam Attica mulier dicta sit aut habita Mania; turpe enim est habere mulierem nomen Phrygium: praesertim meretricem ex media Graecia.* Sic & *Manes* servi nomen Phrygium videtur fuisse. Scholiastes aliter exponit Comici locum: τὸ δὲ, μανία ξύλλαβε, νῦν λέγει διὰ τὸ ἄτοπον ὄνειρον, εὐχομένη μανίας τυχεῖν, ἵνα μηδενὸς τούτων αἰσθάνηται· *Rabies occupa me, inquit, propter mirum insomnium optans ut rabiosa fiat, ut nihil sentiat.* Cujus expositionis mentionem feci, si forte alicui placeat.

vs. 1389. & seq. Λίνα μεσὸν ἄτρακτον —— εἰλίσσουσα] Euripides in Oreste vs. 1431. Ἃ δὲ λίνον πλακάτα Δακτύλοις ἕλισσεν· *Illa vero linum in colo digitis volvebat.*

vs. 1391. Κνεφαῖος] Ita legendum pro κνεπαίας, cum Scho-

Gallum meum ra-
piens Glyce diſparuit. (*evanuit. abiit. evaſit.*)
Nymphae montigenae.
ô Mania *famula mea*, comprehende *eam.*
At ego miſera tum forte intenta eram
Operi meo,
Lineis filis plenum fuſum
E e e evolvens manibus,
Glomerem parans, ut mane
In forum ferrem & venderem.
At illud *inſomnium* ſubvolabat in aetherem
Leviſſimo alarum motu,
Mihique dolores dolores reliquit:
Lacrymas lacrymas oculis
Mittebam mittebam miſera.
Sed, ô Cretenſes, Idae filii,
Jaculis ſumtis, ſuccurrite,
Cruraque leviter movete, & cingite
Domum. Simulque
Dictynna virgo Diana
Formoſa canes
Habens ſecum pervagetur domum
Quaquaverſum. Tu vero Jove nata
Duplices faces tenens (*geminam facem protendens*)
Velociſſimis manibus, ô Hecate,
Praeluceas mihi in domum Glycae, ut
Ingreſſa detegam furtum.
ΒΑΚΧΗ. Miſſa jam facite carmina.
ΑΕΣΧΗ. Et mihi ſatis.

Nam

Scholiaſte; editio Farrei etiam habet κτεφαί@, ſed ſic accentus non recte habet. Hom. Hymno in Merc. vſ. 17. Ἠ@ γεγονὰς, μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν, Ἑσπέρι@ βόες κλέψεν· *Cum eſſet natus matutino tempore, meridie jam citharam pulſabat, veſperi boves furatus eſt.* Virg.

Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.

Idem: *Nocturnus ebambulat.*

Ibid. Κυφαί@] Ita Edd. priſtinae; non κτεφαίως.

vſ. 1397. Ἔβαλον ἔβαλον] Imitatur in iſtis repetitionibus earundem vocum Euripidem, qui multus eſt in illis; ut v. g. in Helena vſ. 195. τίς ἔμολεν ἔμολεν, δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων. ibid. mox vſ. 208. ἀφανὲς ἀφανὲς. In Iphigenia Taurica vſ. 138. τί με πρὸς ναὸς ἄγαγες ἄγαγες; & alibi ſaepiſſime.

vſ. 1398. Ἀλλ' ὦ Κρῆτες] Ex Cretenſibus Eurip. ut ait Scholiaſtes.

vſ. 1400. Τὰ κῶλά τ' ἀμπάλλετε] Pro ἀναπάλλετε, Euripides in Bacchis vſ. 149. δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλευράτας, ἰυγαῖς τ' ἀναπάλλων· *Curſu & choris irritans vagantes clamoribusque eos excitans.* Apud eundem in Troadibus vſ. 325. verbum ſimplex eandem vim habet, quam apud Comicum compoſitum: πάλλε ποδ' αἰθέριον· *vibra pedem ſublimem.* quem locum indicavit Cl. Kuſterus. hic in Ranis vſ. 348. γόνυ πάλλεσθαι γερόντων Comicus in Lyſiſtrata vſ. 1315. verbum compoſitum conſtruit cum dativo: ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν.

vſ. 1406. Διπόρες ἀνέχουσα λαμπάδας] Euripides in Ione vſ. 716. ἵνα Βάκχι@ ἀμφιπόρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷ· *Ubi Bacchus ardentes ſuſtollens taedas velociter ſaltat.*

Ἐπὶ τ' ςαθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι,
Ὅσπερ γ' ἐλέγξῃ τ' ποίησιν ναῦν μόνον·
Τὸ γὰρ βάρος νῶν βασανιεῖ τ' ῥημάτων.
ΔΙΟΝ. Ἴτε δεῦρο νυνί, εἶπερ γε δεῖ κἀ τοῦτό με
Ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τ' τέχνιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίπονοί γ' οἱ δεξιοί.
Τόδε γὰρ ἕτερον αὖ τέρας
Νεοχμὸν, ἀτοπίας πλέων,
Ὅ τι ἂν ἐπενόησεν ἄλλος;
Μὰ τ', ἐγὼ μὲν οὐδ' ἄν, εἴ τις
Ἔλεγέ μοι τ' ὀπτυχόντων,
Ἐπειθόμην, ἀλλ' ᾠόμην ἂν
Αὐτὸν αὐτὸν ληρεῖν.

ACTUS QUINTI

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΑΙΣΧΥΛΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ΔΙΟΝ. Ἴθι νῦν παείσαθον τῶνδε τὼ πλάστιγγ'. ΑΙΣΧ. Ἰδού.
ΔΙΟΝ. Καὶ λαβομένω τὸ ῥῆμ' ἑκάτερος εἴπατον,
Καὶ μὴ μεθεῖσθον, πρὶν ἂν ἐγὼ σφῷν κοκκύσω.
ΑΙΣΧ. Ἐχόμεθα. ΔΙΟΝ. Τοῦπος νῦν λέγετον ὅπι τ' ςαθμόν.
ΕΥΡ. Εἶτ' ὄφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσ' σκάφος.
ΑΙΣΧ. Σπερχειὸς ποταμὲ, βόσκομαί τ' ὀπιφοράς.
ΔΙΟΝ. Κόκκυ, μεθεῖτε, κἀ πολύ γε καπωτέρω
Χωρεῖ τὸ τοῦδε. ΕΥΡ. Καὶ τί ποτ' ἐστὶ τ' αἴτιον;
ΔΙΟΝ. Ὅτ' εἰσέθηκε ποταμὸν, ἐκποπωλικῶς
Ὑγρὸν ποιήσας τοῦπος, ὥσπερ ταῶνα.
Σὺ δ' εἰσέθηκας τοῦπος ἐπερωμένον.
ΕΥΡ. Ἀλλ' ἕτερον εἰπάτω τι, καὶνιςησάτω.
ΔΙΟΝ. Λάβεσθε τοίνυν αὖθις. ΕΥΡ. Ἠν' ἰδού. ΔΙΟΝ. Λέγε.

ΕΥΡ.

vs. 1418. Τόδε] Edd. omnes τὸ δὲ. male.
vs. 1427. Κοκκύσω] In Eccles. vs. 31. ὁ πόρνος ἀστίως — δεύτερον κεκοκκυκεν. est cuculorum. In Avibus vs. 506. ἐπὶδ' ὁ κίκκυς εἶπεν κόκκυ.
vs. 1429.

Nam ad ſtateram volo *hunc* ducere,
Quae ſola oſtendet utriusque noſtrum poëſin, qualis-ſit.
Examinabit enim pondera verborum.
BACCH. Adeſte huc, ſiquidem hoc etiam mihi faciendum eſt,
Ut poëtarum artem ad libram tanquam caſeum vendam.

CHORUS.

CHOR. Induſtrii ſunt ſapientes.
Nam iſtud aliud eſt monſtrum
Novum abſurditatis plenum,
Cujusmodi quis alius excogitaſſet?
Profecto ego, neque ſi quis id mihi
Dixiſſet homo vulgaris,
Credidiſſem, ſed putaſſem
Ipſum delirare.

SCENA TERTIA

BACCHUS, AESCHYLUS, EURIPIDES.

BACCH. Agite jam, accedite ad lances. AESCH. En adſum.
BACCH. Easque prehendentes uterque ſententiam proferat (*recitet*,)
Nec dimittatis, priusquam ego vobis ſignum dedero voce.
AESCH. Prehendimus. BACCH. Verſum jam recitate ad ſtateram.
EUR. Utinam Argo nunquam pervolaſſet.
AESCH. Sperchie fluvie, & paſcua in quibus boves verſantur.
BACCH. Cucu dimittite, multo ſane inferius
Vergit hujusce *verſus*. EUR. Quamobrem?
BACCH. Quia impoſuit fluvium, illorum more, qui lanas vendunt,
Madefecit verſum tamquam lanam;
Tu vero verſum alatum impoſuiſti.
EUR. Sed alium aliquem recitet contraque appendat.
BACCH. Itaque prehendite rurſus. EUR. En prehendo. BACCH. Recita.

EUR.

vſ. 1429. Εἰθ' ἄφελε] Medeae principium, quod & Scholiaſtes indicavit.

vſ. 1430. Σπερχειέ] Ex Philoctete Aeſchyli, teſte Scholiaſte.

Ἐπὶ τ' ςαθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι,
Ὅσπερ γ' ἐλέγξῃ τ' ποίησιν ναῦν μόνον·
Τὸ γὰρ βάρος νῶν βασανιεῖ τ' ῥημάτων.
ΔΙΟΝ. Ἴτε δεῦρο νυνί, εἶπερ γε δεῖ κἀ τοῦτό με
Ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τ' τέχνιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίπονοί γ' οἱ δεξιοί.
Τόδε γὰρ ἕτερον αὖ τέρας
Νεοχμὸν, ἀτοπίας πλέων,
Ὅ τι ἂν ἐπενόησεν ἄλλος;
Μὰ τ', ἐγὼ μὲν οὐδ' ἄν, εἴ τις
Ἔλεγέ μοι τ' ὀπτυχόντων,
Ἐπειθόμην, ἀλλ' ᾠόμην ἂν
Αὐτὸν αὐτὸν ληρεῖν.

ACTUS QUINTI

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΑΙΣΧΥΛΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ΔΙΟΝ. Ἴθι νῦν παείσαθον τῶνδε τὼ πλάστιγγ'. ΑΙΣΧ. Ἰδού.
ΔΙΟΝ. Καὶ λαβομένω τὸ ῥῆμ' ἑκάτερος εἴπατον,
Καὶ μὴ μεθεῖσθον, πρὶν ἂν ἐγὼ σφῷν κοκκύσω.
ΑΙΣΧ. Ἐχόμεθα. ΔΙΟΝ. Τοῦπος νῦν λέγετον ὅπι τ' ςαθμόν.
ΕΥΡ. Εἶτ' ὄφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσ' σκάφος.
ΑΙΣΧ. Σπερχειὸς ποταμὲ, βόσκομαί τ' ὀπιφοράς.
ΔΙΟΝ. Κόκκυ, μεθεῖτε, κἀ πολύ γε καπωτέρω
Χωρεῖ τὸ τοῦδε. ΕΥΡ. Καὶ τί ποτ' ἐστὶ τ' αἴτιον;
ΔΙΟΝ. Ὅτ' εἰσέθηκε ποταμὸν, ἐκποπωλικῶς
Ὑγρὸν ποιήσας τοῦπος, ὥσπερ ταῶνα.
Σὺ δ' εἰσέθηκας τοῦπος ἐπερωμένον.
ΕΥΡ. Ἀλλ' ἕτερον εἰπάτω τι, καὶνιςησάτω.
ΔΙΟΝ. Λάβεσθε τοίνυν αὖθις. ΕΥΡ. Ἠν' ἰδού. ΔΙΟΝ. Λέγε.

ΕΥΡ.

vs. 1418. Τόδε] Edd. omnes τὸ δὲ. male.
vs. 1427. Κοκκύσω] In Eccles. vs. 31. ὁ πόρνος ἀστίως — δεύτερον κεκοκκυκεν. est cuculorum. In Avibus vs. 506. ἐπὶδ' ὁ κίκκυς εἶπεν κόκκυ.
vs. 1429.

Nam ad ſtateram volo *hunc* ducere,
Quae ſola oſtendet utriusque noſtrum poëſin, qualis-ſit.
Examinabit enim pondera verborum.
BACCH. Adeſte huc, ſiquidem hoc etiam mihi faciendum eſt,
Ut poëtarum artem ad libram tanquam caſeum vendam.

CHORUS.

CHOR. Induſtrii ſunt ſapientes.
Nam iſtud aliud eſt monſtrum
Novum abſurditatis plenum,
Cujusmodi quis alius excogitaſſet?
Profecto ego, neque ſi quis id mihi
Dixiſſet homo vulgaris,
Credidiſſem, ſed putaſſem
Ipſum delirare.

SCENA TERTIA

BACCHUS, AESCHYLUS, EURIPIDES.

BACCH. Agite jam, accedite ad lances. AESCH. En adſum.
BACCH. Easque prehendentes uterque ſententiam proferat (*recitet*,)
Nec dimittatis, priusquam ego vobis ſignum dedero voce.
AESCH. Prehendimus. BACCH. Verſum jam recitate ad ſtateram.
EUR. Utinam Argo nunquam pervolaſſet.
AESCH. Sperchie fluvie, & paſcua in quibus boves verſantur.
BACCH. Cucu dimittite, multo ſane inferius
Vergit hujusce *verſus*. EUR. Quamobrem?
BACCH. Quia impoſuit fluvium, illorum more, qui lanas vendunt,
Madefecit verſum tamquam lanam;
Tu vero verſum alatum impoſuiſti.
EUR. Sed alium aliquem recitet contraque appendat.
BACCH. Itaque prehendite rurſus. EUR. En prehendo. BACCH. Recita.

EUR.

vſ. 1429. Εἰθ' ἄφελε] Medeae principium, quod & Scholiaſtes indicavit.

vſ. 1430. Σπερχειέ] Ex Philoctete Aeſchyli, teſte Scholiaſte.

ΕΥΡ. Οὐκ ἔστι πειθῆς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγου.
ΑΙΣΧ. Μόνου θεῶν γὰρ θάνατος ὐ δώρων ἱερᾶ.
ΔΙΟΝ. Μεθεῖτε, μεθεῖτε, ὦ τὸ τῆδέ γ' αὖ ῥέπει.
Θάνατον γὰρ εἰσέθηκε βαρύτατον κακῶν.
ΕΥΡ. Ἐγὼ δὲ πειθώ γ', ἔπου ἄειτ' εἰρημένον.
ΔΙΟΝ. Πειθὼ δὲ κὐφόν ὄστι, ὦ νῦν οὐκ ἔχον.
Ἀλλ' ἕτερον αὖ ζήτει τι τ' βαρυςάθμων,
Ὅν σοι καθέλξει, κατερόν τε ὦ μέγα.
ΕΥΡ. Φέρε πῦ τοιοῦτο δῆτα μὴτι; πῦ φέρω;
ΔΙΟΝ. Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κίβω ὦ τέτταρε.
Λέγοιτ' ἄν, ὡς αὕτη τι λοιπὴ σφῷν ςάσις.
ΕΥΡ. Σιδηροβελέες τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.
ΑΙΣΧ. Ἐφ' ἅρματος γὰ ἅρμα, ὦ νεκρῷ νεκρός.
ΔΙΟΝ. Ἐξηπάτηκεν αὖ σε ὦ νῦν. ΕΥΡ. Τῷ τρόπῳ;
ΔΙΟΝ. Δύ' ἅρματ' εἰσέθηκε ὦ νεκρὼ δύω,
Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' ὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι.
ΑΙΣΧ. Καὶ μηκέτ' ἔμοιγε κατ' ἔπου, ἀλλ' ἐς τ' ςαθμὸν
Αὐτὸς, τὰ παιδία, χ' ἡ γυνὴ, Κηφισοφῶν
Ἐμβὰς καθήσθω, ξυλλαβὼν τὰ βιβλία·
Ἐγὼ δὲ δύ' ἔπη τ' ἐμῶν ἐρῶ μόνα.

ACTUS QUINTI

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΠΛΟΥΤΩΝ, ΑΙΣΧΥΛΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ΔΙΟΝ. Ἄνδρες φίλοι, καίγὼ μὲν αὐτὸς ὐ κεινῶ·
Οὐ γὰρ δ' ἔχθρας ὐδετέρῳ γενήσομαι·
Τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν, τῷ δ' ἥδομαι.
ΠΛ. Οὐδὲν ἄρα πεάξεις, ὥνθρ' ἦλθες ὕνεκα.
ΔΙΟΝ. Ἐὰν δὲ κείνω; ΠΛ. Τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει,

Ὅπό-

vſ. 1438. Οὐκ ἔστι πειθῆς] Ex Antigona Eurip. teſte Scholiaſte.

vſ. 1439. Μόνου θεῶν γὰρ] Ex Niobe Aeſchyli, teſte Scholiaſte: unde & Stobaeus Serm. 117. locum adducit plenius: Μόνου θεῶν γὰρ θάνατος ὐ δώρων ἱερά. Οὔ τ' ἄν τι θύων, ἔτ' ἐπισπένδων κλύοις. Οὐ βωμὸς ἔστι, ὅτε ποιωνίζεται. Μόνα δὲ πειθὼ δαιμόνων ἀπεςατεῖ. *Sola mors ex Diis, non amat dona: Nec vel ſacrificans vel libans eam capies: non eſt ei ara, non hymnos audit: ab hac ſola recedit Suadela.* Ubi in ſecundo verſu κλύοις ſcripſi pro ναοῖς, quia ita legitur, & commodius, apud Euſtathium ad Iliados IX. quem locum indicavit Stanlejus.

vſ. 1449. Σιδηροβελέες] Ex Meleagro Euripidis, ut ait Scholiaſtes.

vſ. 1450. Ἐφ' ἅρματος] Ex Glauco Potnienſi Aeſchyli, ut ait Scholiaſtes. Scholiaſtes Euripidis ad Phoeniſſas vſ. 1201. adducit locum plenius: Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρὸς νεκρὸς, Ἵπποι δ' ὑφ' ἵπποις ὧσαν ἐκπεπτωκότες· quem ibi locum imitatus fuerat Euripides: Τροχοὶ τ' ἰπήδων, ἄξονες δ' ὑπ' ἄξοσι, Νεκροὶ δὲ νεκροῖ

EUR. Non est Suadae sacellum aliud, quam oratio.
AESCH. Sola enim ex Diis Mors dona non appetit.
BACCH. Dimittite, dimittite, hujus *versus* rursus vergit deorsum;
Mortem enim indidit gravissimum malorum *omnium*.
EUR. At ego Suadam, & versum egregium plane.
BACCH. Sed Suada res levis est, & mente caret.
At tu alium quaere ex illis, qui sunt majoris ponderis,
Robustum aliquem & magnum, qui lancem trahat deorsum.
EUR. Age ergo ubi est mihi talis, ubi esse dicam?
BACCH. Fecit Achilles duo puncta & quatuor.
Recitate, nam haec ultima est appensio.
EUR. Lignum grave instar ferri comprehendit dextera.
AESCH. Super curru currus, super cadavere cadaver.
BACCH. Circumvenit te nunc etiam. EUR. Quomodo?
BACCH. Duos currus indidit & duos mortuos,
Quos nec centum Aegyptii tollerent.
AESCH. Ne mihi amplius cum singulis versibus, sed in stateram
Ipsemet, liberi & uxor & Cephisopho
Ingressus sedeat, assumtis etiam libris:
Ego vero duos tantum meorum versuum recitabo.

SCENA QUARTA.

BACCHUS, PLUTO, AESCHYLUS, EURIPIDES.

BACCH. Amici, equidem judicium suspendam:
Nam neutrum illorum volo mihi infensum reddere;
Alterum enim sapientem judico, altero delector.
PL. Nihilne ergo eorum facies, quorum causa venisti?
BACCH. Si vero sententiam pronunciavero, quid tum? PL. Accepto altero abi,
Quem

ευκροῖσιν ἐξεσαρεύσηθ' ἁμᾶ.

vs. 1453. Ἑκατὸν Αἰγύπτιοι] Qui adsueti erant gestandis oneribus, cum assidue cogerentur a Regibus portare materiam, ad extruendas praecipue pyramides. In Avibus vs. 1138. Αἰγύπτι@ πλινθερόκ@.

vs. 1455. Γυνὴ, Κηφισοφῶν] Simul mentionem facit uxoris Euripidis, & Cephisophontis; quia iste eum in scribendo adjutabat, & cum ejus uxore rem habebat; Scholiastes: ὡς ὁ μόνον συμποιῶντ@ αὐτῷ τὰ Κηφισοφωντ@ τὰ δράματα, ἀλλὰ ὡς συνόντ@ αὐτοῦ τῇ γυναικί. Vide supra ad vs. 1080.

vs. 1459. Δι' ἔχθρας ἥκιστά γ' ἂν ἔλθοιμι] Aeschylus in Prometheo vs. 120. ἐ πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντα· *Qui omnium deorum odium incurrit.* Sic δι' ἡσυχίας εἶναι· *quiescere* apud Herodotum in Clione. Δι' ἀπεχθείας ἐλθεῖν, idem est quod εἰς ἔχθ@ ἐλθεῖν. Euripides in Phoenissis vs. 886. εἰς ἔχθ@ ἦλθὲν παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου· *Veni in odium filiorum Oedipi.* Ibidem vs. 482. Καὶ μὰ δι' ἔχθρας τῶνδε κἀμὲ μολεῖν· *Et me infensus huic, nec per eandem veniens.*

ΕΥΡ. Οὐκ ἔστι πειθῆς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγου.
ΑΙΣΧ. Μόνου θεῶν γὰρ θάνατος ὐ δώρων ἱερᾶ.
ΔΙΟΝ. Μεθεῖτε, μεθεῖτε, ὦ τὸ τῆδέ γ' αὖ ῥέπει.
Θάνατον γὰρ εἰσέθηκε βαρύτατον κακῶν.
ΕΥΡ. Ἐγὼ δὲ πειθώ γ', ἔπου ἄειτ' εἰρημένον.
ΔΙΟΝ. Πειθὼ δὲ κὐφόν ὄστι, ὦ νῦν οὐκ ἔχον.
Ἀλλ' ἕτερον αὖ ζήτει τι τ' βαρυςάθμων,
Ὅν σοι καθέλξει, κατερόν τε ὦ μέγα.
ΕΥΡ. Φέρε πῦ τοιοῦτο δῆτα μὴτι; πῦ φέρω;
ΔΙΟΝ. Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κίβω ὦ τέτταρε.
Λέγοιτ' ἄν, ὡς αὕτη τι λοιπὴ σφῷν ςάσις.
ΕΥΡ. Σιδηροβελέες τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.
ΑΙΣΧ. Ἐφ' ἅρματος γὰ ἅρμα, ὦ νεκρῷ νεκρός.
ΔΙΟΝ. Ἐξηπάτηκεν αὖ σε ὦ νῦν. ΕΥΡ. Τῷ τρόπῳ;
ΔΙΟΝ. Δύ' ἅρματ' εἰσέθηκε ὦ νεκρὼ δύω,
Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' ὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι.
ΑΙΣΧ. Καὶ μηκέτ' ἔμοιγε κατ' ἔπου, ἀλλ' ἐς τ' ςαθμὸν
Αὐτὸς, τὰ παιδία, χ' ἡ γυνὴ, Κηφισοφῶν
Ἐμβὰς καθήσθω, ξυλλαβὼν τὰ βιβλία·
Ἐγὼ δὲ δύ' ἔπη τ' ἐμῶν ἐρῶ μόνα.

ACTUS QUINTI

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, ΠΛΟΥΤΩΝ, ΑΙΣΧΥΛΟΣ, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ΔΙΟΝ. Ἄνδρες φίλοι, καίγὼ μὲν αὐτὸς ὐ κεινῶ·
Οὐ γὰρ δ' ἔχθρας ὐδετέρῳ γενήσομαι·
Τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν, τῷ δ' ἥδομαι.
ΠΛ. Οὐδὲν ἄρα πεάξεις, ὥνθρ' ἦλθες ὕνεκα.
ΔΙΟΝ. Ἐὰν δὲ κείνω; ΠΛ. Τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει,

Ὅπό-

vſ. 1438. Οὐκ ἔστι πειθῆς] Ex Antigona Eurip. teſte Scholiaſte.

vſ. 1439. Μόνου θεῶν γὰρ] Ex Niobe Aeſchyli, teſte Scholiaſte: unde & Stobaeus Serm. 117. locum adducit plenius: Μόνου θεῶν γὰρ θάνατος ὐ δώρων ἱερά. Οὔ τ' ἄν τι θύων, ἔτ' ἐπισπένδων κλύοις. Οὐ βωμὸς ἔστι, ὅτε ποιωνίζεται. Μόνα δὲ πειθὼ δαιμόνων ἀπεςατεῖ. *Sola mors ex Diis, non amat dona: Nec vel ſacrificans vel libans eam capies: non eſt ei ara, non hymnos audit: ab hac ſola recedit Suadela.* Ubi in ſecundo verſu κλύοις ſcripſi pro ναοῖς, quia ita legitur, & commodius, apud Euſtathium ad Iliados IX. quem locum indicavit Stanlejus.

vſ. 1449. Σιδηροβελέες] Ex Meleagro Euripidis, ut ait Scholiaſtes.

vſ. 1450. Ἐφ' ἅρματος] Ex Glauco Potnienſi Aeſchyli, ut ait Scholiaſtes. Scholiaſtes Euripidis ad Phoeniſſas vſ. 1201. adducit locum plenius: Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρὸς νεκρὸς, Ἵπποι δ' ὑφ' ἵπποις ὧσαν ἐκπεπτωκότες· quem ibi locum imitatus fuerat Euripides: Τροχοὶ τ' ἰπήδων, ἄξονες δ' ὑπ' ἄξοσι, Νεκροὶ δὲ νεκροῖ

EUR. Non est Suadae sacellum aliud, quam oratio.
AESCH. Sola enim ex Diis Mors dona non appetit.
BACCH. Dimittite, dimittite, hujus *versus* rursus vergit deorsum;
Mortem enim indidit gravissimum malorum *omnium*.
EUR. At ego Suadam, & versum egregium plane.
BACCH. Sed Suada res levis est, & mente caret.
At tu alium quaere ex illis, qui sunt majoris ponderis,
Robustum aliquem & magnum, qui lancem trahat deorsum.
EUR. Age ergo ubi est mihi talis, ubi esse dicam?
BACCH. Fecit Achilles duo puncta & quatuor.
Recitate, nam haec ultima est appensio.
EUR. Lignum grave instar ferri comprehendit dextera.
AESCH. Super curru currus, super cadavere cadaver.
BACCH. Circumvenit te nunc etiam. EUR. Quomodo?
BACCH. Duos currus indidit & duos mortuos,
Quos nec centum Aegyptii tollerent.
AESCH. Ne mihi amplius cum singulis versibus, sed in stateram
Ipsemet, liberi & uxor & Cephisopho
Ingressus sedeat, assumtis etiam libris:
Ego vero duos tantum meorum versuum recitabo.

SCENA QUARTA.

BACCHUS, PLUTO, AESCHYLUS, EURIPIDES.

BACCH. Amici, equidem judicium suspendam:
Nam neutrum illorum volo mihi infensum reddere;
Alterum enim sapientem judico, altero delector.
PL. Nihilne ergo eorum facies, quorum causa venisti?
BACCH. Si vero sententiam pronunciavero, quid tum? PL. Accepto altero abi,
Quem

ευκροῖσιν ἐξεσαρεύσηθ' ἁμᾶ.

vs. 1453. Ἑκατὸν Αἰγύπτιοι] Qui adsueti erant gestandis oneribus, cum assidue cogerentur a Regibus portare materiam, ad extruendas praecipue pyramides. In Avibus vs. 1138. Αἰγύπτι@ πλινθερόκ@.

vs. 1455. Γυνὴ, Κηφισοφῶν] Simul mentionem facit uxoris Euripidis, & Cephisophontis; quia iste eum in scribendo adjutabat, & cum ejus uxore rem habebat; Scholiastes: ὡς ὁ μόνον συμποιῶντ@ αὐτῷ τὰ Κηφισοφωντ@ τὰ δράματα, ἀλλὰ ὡς συνόντ@ αὐτοῦ τῇ γυναικί. Vide supra ad vs. 1080.

vs. 1459. Δι' ἔχθρας ἥκιστά γ' ἂν ἔλθοιμι] Aeschylus in Prometheo vs. 120. ἐ πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντα· *Qui omnium deorum odium incurrit.* Sic δι' ἡσυχίας εἶναι· *quiescere* apud Herodotum in Clione. Δι' ἀπεχθείας ἐλθεῖν, idem est quod εἰς ἔχθ@ ἐλθεῖν. Euripides in Phoenissis vs. 886. εἰς ἔχθ@ ἦλθὲν παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου· *Veni in odium filiorum Oedipi.* Ibidem vs. 482. Καὶ μὰ δι' ἔχθρας τῶνδε κἀμὲ μολεῖν· *Et me infensus huic, nec per eandem veniens.*

Ὁπότερον ἂν κείνης, ἵν' ἔλθῃς μὴ μάτην.
ΔΙΟΝ. Εὐδαιμονοίης. Φέρε δὴ πύθεσθέ μου τάδε,
Ἐγὼ κατῆλθον ὅπως ποιητοῦ. ΑΙΣΧ. Τῷ χάριν;
ΔΙΟΝ. Ἵν' ἡ πόλις σωθεῖσα τὰς χορὰς ἄγῃ.
Ὁπότερος ἂν οὖν τῇ πόλει ξυμφέρειν
Μέλλῃ τι χρηστόν, τοῦτον ἄξειν μοι δοκῶ.
Πρῶτον μὲν οὖν ἆρ' Ἀλκιβιάδην τὸν ἔχετον
Γνώμην ἐχάτερος; ἡ πόλις γὰρ δυστοκεῖ.
ΑΙΣΧ. Ἔχει δὲ αὐτῶν τίνα γνώμην; ΔΙΟΝ. Τίνα;
Ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν.
Ἀλλ' ὦ, τι νοεῖτον, εἴπατον τούτου πέρι.
ΕΥΡ. Μισεῖ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάρεστιν
Βραδὺς πέφυκε, μάλα δέ γε βλάπτειν ταχύς,
Καὶ πάσιμον αὐτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.
ΔΙΟΝ. Εὖ γ', ὦ Πόσειδον! σὺ δὲ τίνα γνώμην ἔχεις;
ΑΙΣΧ. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα μὲν λέοντα· μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.
ΔΙΟΝ. Νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα, δυσκρίτως γ' ἔχω.
Ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν· ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.
Ἀλλ' ἓν μίαν γνώμην ἑκάτερος εἰπάτον,
Περὶ τῆς πόλεως ἥν τιν' ἔχετον σωτηρίαν.
ΕΥΡ. Εἴ τις περάσαι Κλεόκριτον Κιτησίᾳ,
Αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲς πλάκα.
ΔΙΟΝ. Γελοῖον ἂν φαίνοιτο· νῆα δ' ἔχει τινά;
ΕΥΡ. Εἰ ναυμαχοῖεν ἄν, κατέχρυτές τ' ὀξίδας
Ῥάνοιεν ἐς τὰ βλέφαρα τῶν ἀνταίων.
Ἐγὼ μὲν οἶδα, ἃ θέλω φράζειν. ΔΙΟΝ. Λέγε,

ΕΥΡ.

vſ. 1472. Ποθεῖ μὲν] Alludit ad locum Ionis Tragici, quem Scholiaſtes adducit: Σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται γε μήν *Tacet quidem, ſed odit, vult tamen.*

vſ. 1474 ſeq. Ὠφελεῖν — βραδὺς — βλάπτειν ταχύς] Euripides in Hecuba vſ. 862. — Θέλοντα μὲν μ' ἔχεις Σὲ ξυμπονῆσαι, καὶ ταχὺν προσαρκέσαι· Βραδὺν σὲ', Ἀχαιοὶ εἰ διαβλήθησομαι· *nam volentem quidem habes me Adjutare te, & promtum ad ſuccurrendum; ſed tardum, ſi a Graecis culpabor.*

vſ. 1476. Ἀμήχανον] Eurip. in Medea vſ 408. — εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώτατοι, Κακῶν δὲ πάντων τεχνίται σοφώτατοι· *Ad bona quidem ineptiſſimae; ad mala vero artifices peritiſſimae.* Syneſius Epiſt. 47. ὦ πρὸς τὰ καλὰ πάντων σὺ πορριώτατε.

vſ. 1478. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.] Etſi hanc ſententiam Aeſchylus hic pronunciet, tamen illa occurrit apud Euripidem; nudis verbis, non allegorice, in Troadibus vſ. 718. de Aſtyanacte, Hectoris filio, occidendo: Λέξας, ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός· *Cum dixiſſet, non eſſe alendum fortiſſimi patris filium.* Allegorice autem, ut hic apud Comicum, in eiusdem Euripidis Heraclidis vſ. 1005. ubi Euryſtheus, qui Herculis liberos ſibi interficiendos putabat, dicit ad Alcmenam: Οὐκοῦν σόγ' ἀναλαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας, Ἐχθρᾶς λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα Ἥλαυνες ἂν κακοῖσιν; ἀλλὰ σωφρόνως Εἶασας εἰκεῖν Ἄργος; ἦ τιν' ἂν πίθοις· *Nonne vero tu, ſi meam fortunam experta fuiſſes, infeſti leonis inviſos catulos exagitaſſes malis? Sed humaniter eos ſiviſſes habitare Argis? Nemini poteris perſuadere.*

vſ. 1481. Δυσκρίτως ἔχω] Euripides in Erechtheo apud Clem. Alex. Strom. 6. Ἀιδὲς γὰρ αὐτὲς δυσκρίτως ἔχω πέρι. Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς· κἄστιν ἡ κακὸν μέγα· *De pudore difficulter judico; nam & opus eſt eo, & quandoque nocet valde.* Aeſchylus in Prometheo vſ. 663. Χρησμοὺς ἀσήμους δυσκρίτως τ' εἰρημένους· *Oracula obſcure & intricate pronunciata.*

vſ. 1485.

Quem ſapientiorem judicaveris, ne fruſtra huc veneris.
BACCH. Dii te ament. Agite vos auſcultate mihi,
Ego huc veni propter Poëtam. AESCH. Cur?
BACCH. Ut civitas ſervetur, & ſalva choros inſtituat.
Uter itaque veſtrum civitati ſuaſerit
Aliquid utile, hunc abducere conſtitui,
Primum ergo de Alcibiade qualem fovetis
Utrique ſententiam? nam civitas male habet. (*malos partus edit.*)
AESCH. Quid autem de illo ſentit? BACCH. Quid ſentiat?
Et deſiderat eum & odit, & cupit habere.
Sed dicite, quid ſentiatis de illo.
EUR. Odi civem, qui ad juvandam patriam
Tardus eſt, ad laedendam velox,
Quique ſibi facile conſulere & proſpicere poteſt, civitati difficulter.
BACCH. Enge ô Neptune! tu vero quam habes ſententiam?
AESCH. Non oportet leonis catulum in urbe alere,
Maxime autem ipſum leonem ne in urbe nutrias.
Si vero aliquis nutritus fuerit, moribus ejus obſecundandum.
BACCH. Difficulter, ita me Jupiter Servator amet, dijudicare poſſim;
Nam alter ſapienter dixit, alter perſpicue.
Sed adhuc unam uterque ſententiam dicite,
Ecquam ſalutem ſperetis de civitate. (*civitatis poſſitis indicare*)
EUR. Si quis pro alis Cleocrito applicaret Cineſiam,
Auraè utrumque tollerent ſuper maris aequor.
BACCH. Ridiculum quidem videretur, ſed quid ſibi vult?
EUR. In praelio navali acetabula manibus tenentes
Spargerent *acetum* in oculos hoſtium.
Scio equidem & volo indicare *aliam ſalutem*. BACCH. Dic.

EUR.

vſ. 1485. Εἴ τις πλεράσαι] Eſt 3. Perſ. aor. 1. Opt. Edd. omnes εἴ τις πλεύσας.

Ibid. Κλεόκριτον Κινησίαν] Haec ſatis faceta ſunt; ſed oportet prius ſcire quales iſti duo fuerint: Cleocritus erat valde vaſtus & magnus; hinc in Avibus vſ. 877. matrem ei tribuit Stuthiocamelum, quam facit Magnam Deum Matrem: καὶ Στιυθὼ μεγάλη μητρὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. Δίσποινα Κυβέλη, Στυθὼ, μῆτερ Κλεοκρίτη. Si ergo talis fuit, minus facile potuiſſet volare, quam alius aliquis qui eſſet leviſſimo corpore; ut erat Cineſias, qui licet etiam eſſet procerus, tamen ſupra modum erat gracilis; Athenaeus XII. p. 551. ἦν δ' ὅλως μακρότατός τε καὶ λεπτότατος Κινησίας· *erat autem omnino longiſſimus & tenuiſſimus Cineſias.* Hujus ergo tantam levitatem corporis eſſe vult dicere, ut, ſi iſte Cineſias, loco alarum, applicetur Cleocrito, quamvis magnae molis homini, utrumque venti ſint in ſublime ſublaturi. Quam rem per jocum dicit utilem fore Athenienſium Reip. nam ſi iſti duo ſublime volantes, in praeliis navalibus aceto conſpergant hoſtium oculos, ut videre non poſſint; facilius eos vincent Athenienſes.

vſ. 1488. Κατέχοντές τ' ἐξίδας] Lego κατέχοντες ἐξίδας ſine coni. τε, ut Scholiaſtes.

vſ. 1490. Ἐγὼ μὲν] Quaſi illud commentum de aceto ſpargendo, non ſit ipſius Euripidis, ſed alius cujusdam; nunc dicit ſe velle proprium ſuum commentum afferre. Facit autem Comicus id Euripidem dicere, quia vult eum notare, quaſi non proprio Marte faciat Fabulas & praemunit viam ad illa, quae infra vſ. 1500. ad Euripidem Bacchus dicturus eſt: ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες, ἢ Κηφισοφῶντος; Cui Euripides dicit, iſtud de aceto ex acetabulis ſpargendo, eſſe Cephiſophontis commentum.

ΕΥΡ. Ὅζαν τὰ νῦν ἄπιστα πάθ' ἡγώμεθα,
Τὰ δ' ὄντα πίστ' ἄπιστα. ΔΙΟΝ. Πῶς; ὑ μανθάνω.
Ἀμαθέστερόν πως εἶπε, κ σαφέστερον.
ΕΥΡ. Εἰ τ πολιτῶν, οἷσι νῦν πιστεύομεν,
Τούτοις ἀπιστήσαιμεν· οἷς δ' ὐ χρώμεθα,
Τούτοισι χρησαίμεθ', ἴσως σωθῶμεν ἄν.
Εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ὐ τούτοισι, πῶς
Ταναντία πράττοντες ὐ σωζοίμεθ' ἄν;
ΔΙΟΝ. Εὖ γ', ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφωτάτη Φύσις,
Ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες, ἢ Κηφισοφῶν;
ΕΥΡ. Ἐγὼ μόνος, τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν.
ΔΙΟΝ. Τί δαὶ λέγεις σύ; ΑΙΣΧ. Τὴν πόλιν νῦν μοι φράσον
Πρῶτον, πότερα τοῖς χρηστοῖς; ΔΙΟΝ. Πόθεν;
Μισεῖ κάκιστα. ΑΙΣΧ. Τοῖς πονηροῖς δ' ἥδεται;
ΔΙΟΝ. Οὐ δῆτ' ἐκείνη γ', ἀλλὰ χρῆται πρὸς βίαν.
ΑΙΣΧ. Πῶς ἔν τις ἂν σώσειε τοιαύτην πόλιν,
Ἥτις μήτε χλαῖναν, μήτε σπυρὸν ξυμφέρῃ.
ΔΙΟΝ. Εὕρισκε νὴ Δί', εἰ σοφὸν ἀναδύσῃ πάλιν.
ΑΙΣΧ. Ἐκεῖ φράσαιμ' ἄν, ἀνθαδὶ δ' ὐ βούλομαι.
ΔΙΟΝ. Μὴ δῆτα σύγ', ἀλλ' ἐνθένδ' ἀνίει τἀγαθά.
ΑΙΣΧ. Τὴν γῆν ὅταν νομίσωσι τ τ πολεμίων
Εἶναι σφετέραν, τ δὲ σφετέραν τ πολεμίων·
Πόρον δὲ τὰς ναῦς, ἀπορίαν δὲ τ πόρον.
ΔΙΟΝ. Εὖ, πλεῖν γ' ὁ δικαστὴς αὐτὰ καταπίνῃ μόνον.
ΠΛ. Κείνοις ἄν. ΔΙΟΝ. Αὕτη σφῶϊν κεῖσε γενήσεται.
Αἱρήσομαί γ', ὅταν ἡ ψυχὴ θέλῃ.
ΕΥΡ. Μεμνημένον νῦν τ θεᾶν, ὃς ὤμοσας,
Ἢ μὴν ἀπάξειν μ' οἴκαδ', αἰρεῖ τὰς φίλας.
ΔΙΟΝ. Ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ', Αἰσχύλον δ' αἱρήσομαι.

ΕΥΡ.

vs. 1492. & seq. Οὐ μανθάνω· Ἀμαθέστερόν πως εἶπε καὶ σαφέστερον] Haec imitatus est Strato Comicus apud Athenaeum IX. p. 382. —— ὐ μανθάνω τάτων ὐδέν, ὐδὲ βούλομαι. ἀγροικότερός εἰμι. ἁπλῶς δ' ἀπλῶς μοι διαλέγου· *Nihil quicquam horum intelligo, nec volo; agreſtior ſum; itaque mecum ſimplicius loquiter.*

vs. 1499. Ὦ Παλάμηδες] Scholiaſtes: πρὸς Εὐριπίδην. ὅτι εἴκος ἐκ Παλαμήδους πεπλάσθαι ταῦτα, ἢ ἐπειδὴ ὁ Παλαμήδης μηχανητικὸς καὶ ἐφευρετὴς ἦν —— διὰ τοῦτο Παλαμήδην τοῦτον καλεῖ· *Ad Euripidem; quia videntur haec ex ejus Palamede efficta: aut, quoniam Palamedes erat ſalers & ſagax, —— propterea hunc vocat Palamedem.* Poſterius videtur veroſimilius. Eupolis apud Athenaeum I. p. 17. Παλαμηδικόν γε τοῦτο τεῦξόημα καὶ σοφόν· *Palamedicum hoc inventum eſt, & ſapiens.*

vs. 1503. Πόθεν;] Haec interrogatio idem valet quod μηδαμῶς, *minime*, ut & Scholiaſtes dicit. In Eccleſiaz. vs. 971. ἔτ' τί κόπλεις, μῶν ἐμὲ ζητεῖς; deinde alter: πόθεν; Ibid. vs. 331. addit particulam ὐ· ἔτι πρὸς Κηφισίας σὺ κατατετίλκεις; alter: πόθεν; ὐκ. ἀλλὰ —— Vide ibi Notata.

vs. 1505. Πρὸς βίαν] In Eccleſiaz. vs. 468. ἀναγκάσει πρὸς βίαν. ubi vide Notam: nec non ſupra ad vs. 1029. & ad Acharn. vs. 73.

vs. 1510. Τὴν γῆν ὅταν νομίσωσι τὴν τ πολεμίων εἶναι σφετέραν] Ariſtides Panathenaico: Μόνοι γὰρ ἀνθρώπων τ εἰς τὸ κοινὸν πολιτευσαμένων, τὴν μὲν οἰκείαν, ὥσπερ ἀλλοτρίαν ἐνέμησαν· τὴν δὲ ἀλλοτρίαν, ὐχ αὑτῶν ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τ σὺν κακίᾳ νεμομένων· *Soli enim omnium eorum qui Remp. communiter adminiſtrarunt, ſuam terram quaſi pro aliena habuerunt; alienam autem, non ipſis alienam, ſed illis, qui eam male poſſiderent.*

vs. 1513.

EUR. Si illa, quae nunc infida sunt, pro fidis habeamus,
Et illa, quae fida sunt, pro infidis. BACCH. Quomodo? non intelligo:
Rudius aliquanto dic & planius.
EUR. Si civibus, quibus nunc fidimus,
Illis diffidamus: & quibus non utimur,
Istis utamur, forte salvi essemus.
Si enim nunc infelices sumus cum istis, quomodo
Non servaremur contraria istis agentes?
BACCH. Bene sane, ô Palamedes, ô ingenium solertissimum,
Num ipse haec inveniſti, an Cephisopho.
EUR. Ego solus, sed acetabula Cephisopho.
BACCH. Quid tu dicis? AESCH. Dic mihi nunc, civitas
Qualibus primum viris utatur; num probis? BACCH. Nequaquam.
Sed odit pessime. AESCH. Anne ergo malis delectatur?
BACCH. Non sane illa quidem, sed necessitate coacta illis utitur.
AESCH. Quomodo ergo aliquis ejusmodi urbem servaverit,
Cui nec laena, nec lodix convenit?
BACCH. Quaeso reperi aliquid, an emergat *e malis* denuo.
AESCH. Illic dicam, hic autem nolo.
BACCH. Minime, sed hinc mitte sursum bona.
AESCH. Quando terram hostium putaverint
Suam esse, & illam, quae ipsorum est, esse hostium:
Copiamque bonorum esse naves, inopiam autem esse copiam.
BACCH. Bene quidem, sed judex haec deglutit solus.
PL. Judicium pronuncia. BACCH. Hoc erit judicium vestrum.
Eligam enim eum, qui animo arridet meo.
EUR. Memor itaque Deorum, per quos jurasti
Te me profecto domum abducturum, elige amicos (*tuos*, id est, *me.*)
BACCH. Lingua juravit, sed Aeschylum eligam.

EUR.

vs. 1513. Ἀπολλὰν ἡ πόρος] Illos reditus & quaestus, quos tunc percipiebat civitas, non haberi debere pro reditibus aut quaestibus dicit; sed pro contrario. Intelligit autem, ut Scholiastes dicit, τὰ θεωρικὰ, ἢ δικαστικὰ, ἢ ἐκκλησιαστικὰ i. e. *Pecuniam, aut illam quae ad res sacras & festa celebranda plebi distribuebatur, aut quae ex judiciis redibat, aut quam accipiebant, qui in concionem veniſſent.* Sed praecipue illam pecuniam videtur intelligere, quae ex judiciis redibat, ut patet ex versu sequenti. Athenienses enim Civitatibus illis, quae ipsis erant subjectae, jus dicebant: & oportebat illos, qui litem aut controversiam de re aliqua inter se haberent, Athenas proficiscī, & ibi rem in judicium adducere: & Sycophantae, quorum Athenis erat magnus proventus, sexcentas inveniebant causas, ut litibus involverent, & peregrinos Athenienſibus subjectos, & incolas & Cives; hinc Athenienſium civitas assidue erat occupata in judicando: nec id ingratum erat plebi; nam ex mercede judiciaria alebantur plerique. Hos ergo reditus pernicioſos esse Reip. vult dicere Aeschylus apud Comicum.

vs. 1519. Ἡ γλῶτ' ὀμώμοχε] Euripides jugulatur proprio gladio; dum enim Bacchum jubet juramentum observare; Bacchus, quasi ab Euripide doctus, contemnit juramentum. Alludit enim, ut & Scholiastes notavit, ad illud in Hippolyto, vs. 611. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοσ(Φ'. Vid. supra, vs. 101. Similiter in Thesmoph. vs. 201. Euripidem capit ipsius Euripidis verbis; cum enim ibi rogaret Euripides Agathonem, ut sua causa vellet aliquid facere; Agathon videns id periculosum esse, dicit: Εὐριπίδη, —— ἱκέσιός ποτε, Χάριτος ὁρῶν φῶς, πατέρα σὲ ἡ χαίρειν

ΕΥΡ. Τί δέδρακας, ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων; ΔΙΟΝ. Ἐγώ;
Ἔκεινα νικᾷν Αἰσχύλον· πῇ γὰρ ἔ;
ΕΥΡ. Αἴσχιστον ἔργον μ' ἐργασάμενος προσβλέπεις;
ΔΙΟΝ. Τί δ' αἰσχρόν, ὦ μὴ τοῖς θεωμένοις δοκεῖ;
ΕΥΡ. Ὦ κατάπτυστε, θεόψυ με δὴ τεθνηκότα;
ΔΙΟΝ. Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἔστι κατθανεῖν,
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, κ' τὸ καθεύδειν κώδιον;
ΠΛ. Χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', εἴσω. ΔΙΟΝ. Τί δαί;
ΠΛ. Ἵνα ξενίσω σφὼ, πάνυ γ' ἀπελθεῖν. ΔΙΟΝ. Εὖ λέγεις,
Νὴ τὸν Δί'· κ' γὰρ ἄχθομαι τῷ φρύγματι.

ΧΟΡΟΣ.

Μακαρίου γ' ἀνὴρ ἔχων
Ξυνέσιν ἠκριβωμένην.
Πάρα δὲ πολλοῖσι μαθεῖν.
Ὅδε γὰρ εὖ φρονεῖν δοκήσας,
Πάλιν ἄπεισιν οἴκαδ' αὖθις,
Ἐπ' ἀγαθῷ μὲν τοῖς πολίταις,
Ἐπ' ἀγαθῷ δὲ τοῖς ἑαυτοῦ
Ξυγγενέσι τε, κ' φίλοις,
Διὰ τὸ ξυνετὸς εἶναι.
Χαίρειν ἐῶν, μὴ Σωκράτη
Παρακαθήμενον λαλεῖν,
Ἀπολόντα μουσικήν,
Τά τε μέγιστα παραλιπόντα
Τῆς τραγῳδικῆς τέχνης.
Τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσι λόγοις,
Καὶ σκαιφισμοῖσι λήρων
Διατριβὴν ἔχον ποιεῖται,
Παραφρονοῦντ' κ' ἀνόητον.

ACTUS

μιαν δοκεῖς; ubi cum Euripides dixisset, ἔγωγε, Agatho inquit: μὴ νῦν ἐλπίσῃς τὸ σὸν κακὸν ἡμᾶς ὑφέξειν. Vid. mox ad vſ. 1523.

vſ. 1520. Ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων] Oblitus eſt, ſe ad Deum loqui; ſic in Avibus vſ. 1637. Hercules ad Neptunum dicit: ὦ δαιμονιώτατ' ἀνθρώπων Ποσειδόν.

vſ. 1522. Αἴσχιστον ἔργον εἰργασμένος προσβλέπεις;] Demoſthenes contra Dionyſodorum: τοιαῦτα διαπεπραγμένος ἔδει ἅτιλον τολμᾷ βλέπειν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόσωπα· *Cum talia perpetraverit, nihilominus audet vultus veſtros intueri.* Eſt autem impudentis, turpi facinore commiſſo, non vereri conſpectum aliorum; in Acharnenſibus vſ. 286. ἀναίσχυντος εἶ, καὶ βδελυρός, ὦ πρόβατα τὴν πατρίδα, ὅστις ἡμῶν μένων σπουδάμενος, εἶτα δύνασαι πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέπειν. Vide ad Equites vſ. 1234.

vſ. 1523. Τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ] Alludit ad illud ex Aeolo Euripidis, quod Scholiaſtes adducit: Τί δ' αἰσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ; Capitur ergo hic etiam Euripides propriis verbis, ut ſupra, vſ. 1519. Eodem iſto verſu & Lais meretrix uſa eſt contra Euripidem, apud Machonem, referente Athenaeo, XIII. p. 582. —— ἀπόκρινού μοι, ὦ ποιητά, μοι. Τί βουλόμενος γράψας ἐν τραγῳδίᾳ. Ἐρῖ αἰσχροποιεῖ; καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης Τὴν τόλμαν αὐτῆς· σὺ γὰρ εἶναί τις, ἔφη, δοκεῖς Αἰσχροποιός· ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη. Τί δ' αἰσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ; *Reſponde mihi, o poëta*, inquit Lais: *quid tibi in mentem venit ut ſcriberes in tragoedia:* ἐρῖ αἰσχροποιεῖ; *Faceſſe turpium patratrix? Admonitus Euripides*

EUR. Quid feciſti, impuriſſime hominum? BACCH. Egone?
Cenſeo viciſſe Aeſchylum; nam cur non?
EUR. Turpiſſimum facinus cum in me admiſeris, adhuc adſpicis?
BACCH. Cur turpe, ſi ſpectatoribus non ita videatur.
EUR. Improbe, patierisne ut mortuus maneam?
BACCH. Quis ſcit an vivere ſit mori:
Spirare vero caenare: & dormire vellus.
PL. Ite ergo intro, Bacche. BACCH. Cur?
PL. Ut coenam hoſpitalem vobis apponam, priusquam abeatis. BACCH. Bene dicis
Profecto, nam haec res mihi non eſt moleſta.

CHORUS.

Beatus vir eſt, qui habet
Sapientiam conſummatam.
Nam copia eſt multis ab eo diſcendi:
Etenim iſte, quia ſapere videbatur
Rurſus redibit domum,
Bono civium
Et bono ſuo ipſius,
Et cognatorum, & amicorum;
Quia cordatus vir eſt.
Pulchrum itaque eſt, non cum Socrate
Sedentem garrire,
Abjecta arte Muſica,
Idque omittere quod praecipuum (*caput*) eſt
Artis Tragicae.
Sermonibus autem ſplendidis
Et ſubtilitatibus nugarum
Immorari otioſum
Deſipientis eſt hominis.

SCENA

des ob ejus audaciam: tu vero, inquit, videris eſſe αἰσχροτεὺς. Turpium patratrix. At illa ridens reſpondit: quid eſt turpe, ſi illis non ita videtur, qui eo utuntur? Abſurde autem & inepte uſurpaverat, vocem αἰσχροτοις Euripides in Medea vſ. 1348. ubi Iaſon dicit ad Medeam: ἐοῦ αἰσχροτοιϛ. nam illa vox tantum de rebus obſcenis uſitate capitur.

vſ. 1525. Τίς εἶδεν] Scholiaſtes ad hunc locum & ſupra ad vſ. 1114. dicit eſſe ex Phryxo Euripidis. Scholiaſtes Euripidis ad Hippolytum vſ. 191. dicit eſſe ex illius Polyido; forte in utraque fabula eadem ſententia inventa eſt: ut videmus in Hippolyto vſ. 191. quem locum adduxi ſupra ad vſ. 1114. Locus integrior profertur variè; Scholiaſtes ita: Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐϛι κατθανεῖν. Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν· ὑπνῶν δὲ τὸ κατθανεῖν. Apud Laërtium in Pyrrhone ſic: Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐϛι κατθανεῖν. Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖϛ. Apud Stob. Serm. 119. ſic: Τίς οἶδεν, εἰ ζῆν τὸθ', ὃ κέκληται θανεῖν, Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐϛί; πλὴν ὅμως βροτῶν Νοσοῦσιν οἱ μὲν πλείονϛ· οἱ δ' ὀλιγόϛτες Οὐδὲν νοσοῦσιν· ἐδὲ κέκληται κακά.

vſ. 1530. Μακάριον] Vulgare eſt quod notat Scholiaſtes; ſed tamen obſervandum: λείπει δὲ τὸ πρᾶγμα. ἵν' ᾖ μακάριον πρᾶγμα.

vſ. 1533. Εὖ φρονεῖν] Ita Edd. Aldi & Juntae; non ὑφρονεῖν, ut poſteriores.

ACTUS QUINTI

ΠΛΟΥΤΩΝ, ΑΙΣΧΥΛΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΠΛ. Ἄγε δὴ χαίρων Αἰσχύλε χώρει,
Καὶ σῶζε πόλιν τ' ἠμετέραν
Γνώμαις ἀγαθαῖς, καὶ παίδευσον
Τοὺς ἀνοήτους, (πολλοὶ δ' εἰσὶ)
Καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων,
Καὶ τούτοις τοῖσι πομφαῖς,
Μύρμηκί θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ·
Τόδε δ' Ἀρχενόμῳ·
Καὶ φράζ' αὐτοῖς, ταχέως ἥκειν
Ὡς ἐμὲ δεῖ, καὶ μὴ μέλλειν·
Κἂν μὴ ταχέως ἥκωσι,
Νὴ τ' Ἀπόλλω πίξας αὐτοὺς,
Καὶ συμποδίσας,
Μετ' Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολόφου,
Κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω.
ΑΙΣΧ. Ταῦτα ποιήσω· σὺ δὲ τὸ θρόνον
Τὸν ἐμὸν τῷδε Σοφοκλεῖ τηρεῖν
Καὶ σώζειν, ἢν ἄρ' ἐγώ ποτε
Δεῦρ' ἀφίκωμαι. τοῦτον γὰρ ἐγὼ
Σοφίᾳ κείνῳ δεύτερον εἶναι.
Μέμνησο δ', ὅπως ὁ πανοῦργος ἀνὴρ,
Καὶ ψευδολόγος, καὶ βωμολόχος,
Μηδέποτ' εἰς τὸ θᾶκον τὸ ἐμὸν,
Μηδ' ἄκων ἐγκαθεδεῖται.
ΠΛ. Φαίνετε τοίνυν ὑμεῖς τούτῳ
Λαμπάδας ἱερὰς, χάριν τοῦ πέμποντος,
Τοῖς τοῦτο τοῦτον μέλεσι
Καὶ μολπαῖς κελαδοῦντες.

ΧΟΡΟΣ.

vſ. 1552. Καὶ δὸς τοῦτο Κλεοφῶντι] Reſtim mittit Cleophonti, ut ſe ſuſpendat, ut putat Scholiaſtes. Supra, vſ. 690. de iſto tamquam omnino perituro dicebat: ὡς ἀπολεῖται κἂν ἴσα γίνωνται. Ceteri etiam, ad quos dat mandata, ut cito veniant ad inferos, videntur homines fuiſſe luce non digni.

vſ. 1561. Λευκολόφου] Apud Platonem in Protagora Adimantus vocatur filius Λευκολοφίδου, ut notavit Cl. Kuſterus ad Suidam in A. p. 5. num. 13. Ibi tamen Scholiaſtes noſter videtur legiſſe Λευκολοφίου. Apud Xenophontem Hell. I. p. 258. editionis H. Stephani, Λευκοφρυοειδοῦ, ubi in margine rectius: Λευκολοφοειδοῦ. In Eccleſiazuſis vſ. 644. Λευκόλοφος. Apud Scholiaſtem ad hunc in Ranis locum Eupolis de Adimanto: οὐκ ἀγαλλόν

SCENA QUINTA.

PLUTO, AESCHYLUS, CHORUS.

PL. Agedum, Aeſchyle, laetus abi,
Et ſerva urbem noſtram
Praeceptis utilibus: & caſtiga
Stultos, ſunt autem multi:
Atque iſtud trade Cleophonti,
Et quaeſtoribus iſtis
Myrmeci atque Nicomacho:
Hoc autem da Archenomo:
Et dic ipſis ut cito veniant
Ad me huc, & ut non cunctentur;
Si vero non cito venerint,
Fodicabo ipſos, ita me Apollo amet,
Et quadrupedes conſtrictos
Una cum Adimanto Leucolophi filio
Mox huc demittam.
AESCH. Faciam haec. Tu autem ſolium
Meum da Sophocli cuſtodiendum
Et ſervandum, ſi forte aliquando
Huc redeam: nam hunc mihi
Secundum eſſe judico in ſapientia.
Memineris vero, ut vafer ille homo
Et falſiloquus, & ſcurra
Nunquam in ſede mea
Vel invitus ſedeat.
PL. Praelucete igitur vos huic
Lucernis ſacris ſimulque proſequimini,
Ipſum ſuis canticis
Et carminibus celebrantes.

CHORUS.

γαλέον δῆτ' ἐσι πάσχειν τῦτ' ἐμὲ Τὸν Λευκολόφε παῖδα. vſ. 1572. & ſeq. Φαίνετε —— λαμπάδας ἱερὰς, χ' ἅμα πρεπίμπετε] De Aeſchylo ab *inferis educendo* loquens, videtur reſpexiſſe ad locum in Eumenidibus illius, ubi de iſtis Deabus *ad inferos deducendis* vſ. 1008. πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπὸν ἴτε· —— *Ad lucem ſacram, harum deductricem ite.* Ibid. vſ. 1025. Πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων εἰς τὲς ὑπεςδε καὶ κάτω χθονὸς τόπυς· *Mittamque lumina lampadum lucentium ad infernos & ſubterranea loca.*

vſ. 1574. Τοῖς τάτε τῦτον μέλεσι] Non quod omnes illi verſus, qui mox recitabuntur, ſint Aeſchyli: nam in illis Cleophontis eſt mentio, qui fuit poſt Aeſchylum; ſed quia quaedam ex illo depromta ſunt.

ΧΟΡΟΣ.

Πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπὸ νηητῆς
Κὲς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ χθὶ γαῖαν,
Τῇ τε πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ὀπυίας.
Πάγχυ γὰρ ὧν μεγάλων ἀχέων παυσάμεθ' ἂν ὕτως,
Ἀργαλέων τ' ὀπλοις ξυνόδων. Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω,
Καλλο ὁ βυλόμενος τύπτων πατρίοις ὀν ἀρότροις.

vſ. 1576. Πρῶτα μὲν εὐοδίαν] Ex Aeſchyli Glauco Potnienſi, ut notat Scholiaſtes, qui locum adducit: Εὐοδίαν μὲν πρῶτα ἀπὸ στόματος χέομεν· *Carmina felix iter precantia primum ab ore fundimus.*

vſ. 1578. Τῇ τε πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ὀπυίας] Ex Eumenidibus Aeſchyli vſ. 1015. εἰη δ' ἀγαθῶν ἀγαθὴ διάνοια πολίταις· *Sit autem bonarum rerum bona voluntas civibus.*

CHORUS.

Principio felix iter abeunti poëtae
Et in lucem tendenti date dii inferi:
Deinde civitati magnorum bonorum bonas excogitationes.
Nam ex magnis malis liberaremur hoc pacto,
Et acerbo armorum conflictu. Pugnet autem Cleopho
Et alius quisque istorum voluerit, in patrio suo solo.

vs. 1580. Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω] Aristoteles apud Scholiastem dicit, hunc adversatum esse paci, cum Lacedaemonii eam peterent aequissimis conditionibus. Supra, vs. 684. tanquam barbarum hunc perstringebat & peregrinum; propterea hic addit: πατρίοις ἐν ἀρούραις.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
